







BVLLAE
ERECTIONIS, ET AV-
guméti Collegij. D. Militũ Laure-
tanorũ, per S. D. N. D. Paulum
Papã III. ad cuſtodiã Almæ
Domus Lauretanæ, & ma-
ris Adriatici, in pro-
uincia Marchiæ
inſtituti.


Optimis emolumentis, ampliſſi-
miſq; priuilegijs, & faculta-
tibus, decorati.












PAVLVS EPISCOPVS seruus seruorum dei: Ad perpetuam rei memoriam.



Cœlestis patrisfamilias, qui cuncta ad domus suæ honorem, & gloriam, sapienter disponit, & ordinat: vices licet immeriti, gerentes in terris: ad ea libenter intendimus, per quæ dominicæ familiæ, curæ nostræ commissæ, fœlici directioni, & Sanctæ Romañ. Ecclesiæ status, & ecclesiasticæ libertatis conseruationi valeat salubriter prouideri: Ac inter multiplices curas, quibus continuó premimur: illã libenter amplectimur, per quam gloriosæ, semperq; virginis Mariæ, ac sedis Apostolicæ dignitati, & ornamento, in ministrorum qualitate, & sufficientia, laus, & honor accrescant; Vtq; Christifideles, cum sede prædicta, pro eius necessitatibus subleuãdis contrahentes, plena securitate lætentur, ac rebus eis à dicta sede concessis, omni sublato impedimento, libere gaudeant, totis viribus procuramus: & ad id opem, & operã impendimus efficaces. Cum itaq; nos, imminentibus necessitatibus ducti, pro status dictæ Romañ. Ecclesiæ, ac orthodoxæ fidei, & libertatis ecclesiasticæ tutela, diuersa expensarum onera, quæ ærario Cameræ Apostolicæ exhausto, diutius sustinere nõ possumus, subire cogamur: Sperãtes infrascripto modo, necessitatibus huiusmodi, cum parua ipsius Cameræ iactura, occursum iri: In Prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ, vnum Collegium centum, & vnius Militum Lauretanorum, participãtium nũcupandorum, qui litorum eiusdem Prouinciæ (& præsertim loci, vbi Ecclesia beatæ Mariæ Lauretanæ consistit) custodiam habeant: erigere, & illis pro eorum honesta sustentatione, emolumenta congrua assignare deliberauimus: Et animo reuoluentes, quibus curam huiusmodi

Procemium bullæ.

Narratiua causæ erectionis collegii Militum Lauretanorum.

Numerus Militũ Lauretanorum. Cura eorundem Militum.

demandaremus: inuenimus Collegium huiusmodi, viris inferius annotatis, qui nobis, ex fidei, ac deuotionis synceritate, qua nos & dictam Romanā ecclesiam reuerentur: pro necessitatibus prædictis, de summa quinquaginta Millium & quingentorum ducatorum auri de Camera, promptis animis, subuenire obtulerunt, merito constare debere, firma spe fiduciaq; conceptis, q ipsi, eorūq; in officijs Militum huiusmodi successores, ex his quæ ad curam prædictam, ac fidem & deuotionē seruandā pertinebunt, nihil omittent. Vnde habita super his cum venerabilibus fratribus nostris. S. R. E. Cardinalibus, matura deliberatione, ac de eorū vnanimi consilio & assensu: Motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, vnum Collegium centum & vnius virorum Militum Lauretanorū participantium (vt præfertur) nuncupandorū, quorū nomina & cognomina inferius describentur, perpetuò erigimus & instituimus: voletes vt ipsum Collegiū, Vnā, in Palatio Curiæ generalis dictæ Prouinciæ, vbi pro diuisionibus emolumentorum, & congregationibus, ac alijs negotijs Collegij inter eos pertractandis, ac Aliā, in Palatio dictæ beatæ Mariæ, vbi semel, vel bis, in anno conuenire possint, Stantias conuenientes habeant: illasq; per Palatij Curiæ huiusmodi Rectorem, & domus Lauretanæ Gubernatorem respectiue, eis infra mensem, a die requisitionis sibi factæ, in locis conuenientibus, liberas & expeditas assignari, & per dictos Rectorē, ac Gubernatorem eorūq; respectiue successores, etiā si Legati, Vicelegati, aut Gubernatores fuerint, perpetuò manuteneri: Ac decernentes Milites ipsos Lauretanos præsentes & pro tēpore existentes, veros & indubitatos familiares, continuos cōmensales nostros & Ro. Pontificis pro tēpore existentis existere: Ac in quibuscūq; Apostolicis, & alijs literis, scripturis, & actibus publicis & priuatis, se tales scribere & nominare, & ab alijs nominari posse & debere: Ac eoipso, quo ad officiū Militiæ hmōi admissi fuerint, & cuiuslibet eorū filium primogenitū natū vel nasciturū, Nobiles de maiori nobiliū genere, ac Aulæ Lateranēsis Co-

Inst° col. centum & vnius virorum militū Lauretanō.

Familiaritas militū Lauretanorū.
Nobilitas pro militibus Lauretanis, ac filiis eorū primo, entis.
Comitatus Palatini.

mites, cũ potestate, per se vel aliũ seu alios, in gñe & in specie, quotiens cuilibet eorũ placuerit, seu delegandos vel deputandos ab eis, quoscũq; qui in iure canonico et ciuili, seu altero eorũ, per diligẽtẽ examinationẽ, scientia et moribus idonei et sufficientes inuenti fuerint, in vtroq; vel altero iuriũ hmõi: quos vero in Theologia, etiã cuiusuis ordinis, et mẽdicantiũ professores existẽtes, et si alias superioris cõsensus requireretur, et habitus vel requisitus nõ fuerit, seu artibus, vel medicina, aut alia licita facultate, studuisse: Et similiter p diligentẽ examinationẽ duorũ, aut triũ, per eos eligẽdorũ doctorũ seu magistrorũ facultatis in qua studuerint, corã eis vel aliquo eorũ hñdã, ad fidelẽ magistrorũ seu doctorũ eorũdẽ attestationẽ eis faciẽdam, peritos, ac scientia et moribus ad hoc idoneos & sufficientes esse repererint: de eorũdem doctorũ seu magistrorũ, quo ad præmissa omnia consilio et assensu, in Theologia, seu in artibus, vel medicina, aut alia licita facultate hmõi, ad Baccalariatus licentiaturæ, doctoratus, & magisterij gradus promouendi, & illis in eis legendi, interpretandi, disputandi, & alios actus ad personas in hmõi gradibus constitutas quãlibet pertinentes, faciendi, auctoritatẽ concedendi, & ipsorũ graduum solita insignia eis cõferendi: Necnon Iudices ordinarios, ac Notarios & Tabelliones publicos creandi, & creatos, de Iudicatus, Tabellionatus, et Notariatus officijs hmõi, per pennã & calamare, vt moris est (recepto prius ab eis solito iuramẽto) inuestiendi: Cũ Spurijs, Bastardis, Mãseribus, Incestuosis, et alijs ex quouis illicito et dãnato coitu procreatis, vt in parentũ & aliorũ bonis, tam ex testamẽto, q̃ ab intestato (sine præiudicio venientiũ ab intestato) succedere, et quoscũq; actus legitimos exercere, et ad quosuis honores, dignitates, et officia publica vel priuata assumi, illaq; gerere, et exercere, in omnibus et per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere & licite valeant dispensandi, & quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, legibusq; imperialibus, et ex illis, quæ in vsibus feudorum & authenticarum habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret, quæ haberi posset ad libitum vo-

Etiã sub delegãn. vel deputãn.

Facultas doctorã di in vtroq; iure, & theologia, in artibus, & medicina, aut alia licita facultate huiusmodi faciendi.

Notarios & Tabelliones creandi.

Spurios & bastardos legitimãdi & dispensandi.

luntatis: statutis quoq; & alijs ordinationibus, in contrari pro mu tempore editis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, quotiens eis placuerit, in quauis mundi parte, derogandi. Illosq; ex eisdē Militibus Lauretanis, qui clerici, in dictæ sedis Notarios: qui vero laici fuerint: in auratæ Militiæ Milites, ita q etiā si Milites Lauretani participantes esse desierint: nihilominus Comites Aulæ Lateraneñ. & Notarij dictæ sedis, ac Milites aurati respectiue (sine tamen præiudicio participantiū) etiā cum dicto filio primogenito esse non desinant: ex nunc, prout ex tunc, & econtra, facimus, creamus, atq; recipimus, aliorūq;, etiā de maiori nobilium genere: nobilium, & Aulæ Lateraneñ. Comitum, & sedis Notariorū, ac Militiæ prædictorū Militum, numero & consortio, fauorabiliter aggregamus. Et insuper, attendentes nonnulla bona, per laicos ecclesijs pie erogata & concessa fuisse: q̄dq; imposterū laici ipsi, ad alia eroganda & concedenda procliuiores fient, si ecclesiā ipsam erga se gratā & liberalem in aliquo esse cognouerint: Cū quolibet ex dictis Militibus Lauretañ. pro tēpore existentibus, tam in Prouincia prædicta, q̄ extra eam, etiā in Romañ. Curia residētibus, etiā si mere laici & coniugati, etiā Bigami & illegitimi, vel alias quōlibet incapaces fuerint: cum Militibus vero clericis, etiā quascūq; pēsiones annuas, super fructibus, redditibus, & prouentibus quorūcūq; beneficiorū ecclesiasticorū, vel ipsos fructus, redditus, & prouentus, loco pensionū similiū percipientibus, ēt si eos pro tēpore coniugatos, & bigamos fieri contigerit: vt illi (quādiu officiū Militis Lauretañ. obtinuerint dūtaxat) quascūq; pensiones annuas, vel fructus, redditus, & prouentus, loco pensionum hmōi, Centū Duc. auri de Camera non excedentes, quæ transeant ad successores, in beneficijs, & à decimis, subsidijs, & alijs oneribus pro tēpore impositis, liberæ sint, etiā si ordinaria vel apostolica, aut alia auctoritate, ac sine causa, videlicet super Monasteriorū, etiā Consistorialiū, Prioratuū, Præpositurarū, Præpositatuū, & aliorum quorūcū q beneficiorū ecclesiasticorū secularium, & quorūuis ordinum

Milites Laurétani clerici, fiūt notarii apostolici, sed Laici, milites auratæ militiæ. Comites Palatini, & notarii apostolici, & equites aurati remanebunt, etiam dimisso officio.

Lauretañ. Milites, ēt mere laici, & cōiugati, ēt Bigami & illegitimi, & quouis modo incapaces. Et qui fuerint clerici, ēt si pro tēpore coniugati vel bigami extiterint, & quādiu officia obtinuerint, pñt habere pēsiones seu fructus loco pensionū, vsq; ad summam C. Duc. au. de ca. ēt quæ trāseant ad successores, & sint exemptæ, ēt si sint reseruatæ sine cā.

regulariũ, cum cura & sine cura, etiã si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, canonicatus & præbendæ, dignitates, etiã maiores & principales, personatus, administrationes vel officia, in Cathedralibus, etiã Metropolitañ. vel Collegiatis ecclesijs, cuiuscũq; annui valoris redditus, & prouentus fuerint, pensio seu pensiones annuæ (non tamẽ vltra tertiam partem fructuum cuiuslibet beneficij) & super quolibet beneficio, ẽt, vt præfertur, qualificato, & vltra summã Centũ Duc. similium, in totũ, pro vnoquoq; Milite Lauretano, etiã à dicta Prouincia absente, etiam si in eadẽ nunquã fuerit, vel venire contigerit, & quomodolibet officio reseruari, constitui, et assignari possit: Et q inferius descripti Milites Lauretani, vnã vel plures pensiones, ẽt vltra dictã tertiã, & dimidiam partẽ habentes, super quibusuis ecclesijs, Monasterijs, ac beneficijs prædictis, illas ẽt si matrimoniũ, etiam cũ bigama cõtraxerint, vsq; ad summã prædictam Centum ducatorũ, & non vltra, retinere et assequi, nulla propterea cõpositione soluta: Et tam ipsi, q̃ eorũ in ipsis officijs successores Milites Lauretani pro tẽpore existentes, huiusmodi similes pensiones, & fructus, vsq; ad sũmas & quãtitates similes eis reseruatas, consequi & habere, ac eis reseruari facere, illasq; etiã, quoad vixerint, percipere, exigere & leuare, ac in suos vsus & vtilitatẽ conuertere (absq; alia dispensatione vel licentia desuper obtinenda) libere et licite possint & valeant. Et si Miles Lauretanus, etiã officium Militis Sancti Petri, & Sancti Pauli de Vrbe obtinuerit, quo ad pensiones huiusmodi, officiũ incõpatibile non sit, sed vigore cuiuslibet officij, videlicet Militis Sancti Petri, Centũ quinquaginta retinere: & Militis Sancti Pauli, Ducentorũ assequi, & retinere: ac Militis Lauretañ. Centũ ducatorum similium, similiter assequi & retinere possit & valeat, donec & quousq; officium prædictum obtinuerint, cum omnibus & singulis indultis, clausulis, & cautelis, in similibus apponi solitis, in euentum non solutionis eorum, etiam pensiones, & fructus hmõi, in alios quoscũq; per eos nominandos, & eorũ fauorem, iuxta desuper eis concessam faculta-

Quòd Milites Lauretañ. ẽt à dicta prouincia absentes, ẽt si in eadẽ nunq̃ fuerint, seu illos nunq̃ venire cõtigerit: gaudeant priuilegiis pensioñ.

Quòd possint retinere & assequi vnã vel plures pẽsioñ. ẽt si tertiã, & dimidiã partẽ excedant, & ipsi matrimoniũ, ẽt cũ bigama contraxerint.

Nulla compositione soluta.

Nulla dispẽsatione, vel licẽtia desuper obtenta.

Quòd officiũ militis Lauretañ. cũ officiis militũ. S. Petri & Pauli sit cõpatibile, ita q obtineñ. vtraq; officia, gaudeant priuilegiis vtriusq; officii, quoad pensiones, donec officium prædict. obtinuerint.

Facultas trãsferẽdi pẽsioñ. ĩ alios quoscunq; per eos nominãdos, & eorum fauorem.

Milites laici pension. percipien. p.t in habitu armatæ militiæ, cũ equo & sine stipen. sequi Rom. Pont. in expedi. cruciatæ, & concilio.

tem transferendi, ita tamen q̃ hmôi pensiones, & fructus percipientes laici Milites, qui in dicta Prouincia aut Romañ. Curia pro tẽpore erunt, non tamen absentes ab eis, in habitu armatæ Militiæ, viro equiti conueniẽti, nos & Romañ. Pontifices pro tẽpore existentes in expeditionibus Cruciatæ, & Concilijs, absq; alio stipendio, cũ vno equo, ratione dictæ pensionis sequi debeant, dispensamus, eisq; ad hoc plenã & liberã licentiam & facultatẽ concedimus. Ipsisq; Militibus Lauretanis, qui clerici fuerint, & officium hmôi per Bienniũ continuũ obtinuerint, vt etiam quascunq; pensiones, super quibusuis ex dictis secularibus & regularibus bñficijs, eorũ ꝓ prouentibus ecclesiasticis, et fructus ecclesiasticos, etiã loco pensionũ eis hactenus et pro tẽpe quolibet assignatos & concessos, et assignandos ac concedendos (non tñ summã & quantitatẽ Centũ Ducatorum similiũ, nec medietatem fructuũ, reddituum, & prouentuum beneficiorum hmôi, super quibus dictæ pensiones, seu fructus reseruati existant, etiam si Milites clerici hmôi, simul plura ex dictis officijs habuerint, excedentes) in dicta Romañ. Curia vel extra eã, etiã in mortis articulo, in clericum seu in clericos non coniugatos, per eos eligendos vel nominandos, etiã quæcunq;, quotcunq;, & qualiacũq; beneficia ecclesiastica, & pensiones obtinentes & expectantes, in totũ vel in partem seu partes, etiã coram solis Notario, etiã laico, & testibus similibus, etiam sine consensu eis, q̃ pensiones soluere debentiũ, etiam si illas alias transferendi facultatẽ non habuerint, Regula Cancellariæ, de consensu in pensionibus requisito præstando, hactenus & pro tẽpore edita, ac stylo in similibus reseruationibus hactenus obseruato, & pro tẽpore obseruãdo, non obstantibus, quandocũq; transferre, ac translationes sic factæ, valeant: & debitores, ac eorũ successores, ad soluendum illis, in quos dictæ pensiones transferentur, sub excõmunicationis sententia, & priuationis pœna, ac accessibus, regressibus, ingressibus, decretis, & alijs clausulis in literis pensionum pro tempore contentis, omnino teneantur, etiam perinde ac si dictæ translationes, per nos, de cõsensu debitorũ & aliorũ interesse

Milites clerici, qui per biẽnium milites fuerint, põt pension. et fruct. ecc. sibi assignat. &c. in Ro. cu. & extra, & in mortis articulo, i clericos nõ coniugat. per eos eligen. &c. vsq; ad summ. C. duc. ac medietatem fructuũ &c. transferre.

Derogatur regulæ de præstãdo cõsensu in pensioñ.

Debentur pensiones, ac si interuenisset consensus

habentium cum prædictis, & quibuscuis alijs in literis dictarum pensionum contentis clausulis, quæ in ipsis translationibus habeantur pro repetitis factæ fuissent. Ipsisq; Militibus Lauretanis, etiam clericis, Presbyteris, Prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, pro tēpore existentibus, vt de quibuscūq; eorum bonis, mobilibus & immobilibus, per eos, tam per ecclesiam seu ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam Hospitalia vel alia pia loca, cuiusuis etiam priuilegiati ordinis, seu alterius militiæ fuerint, per eos obtenta et obtinenda, aut alias quolibet, ex ingenio, & industria suis, seu alias quolibet acquisitis & acquirendis, etiam si iuxta felicis recordatiōis Sixti. IIII. & Iulij. II. & Leonis. X. ac aliorum Romañ. Pontifi. prædecessorū nostrorū, & nostras desuper expeditas literas, immobilia bona nō possederint, ēt in dicta Romañ. Curia & extra eam, testari, & de eis inter eorū vtriusq; sexus liberos, etiā illegitimos, aut alias quascūq; etiā incapaces personas, quauis incapacitate disponere, testari, codicillari, & ea etiā inter viuos erogare, concedere & donare, & testamēta, dispositiones, & concessiones hmōi, etiā dimisso officio, libere & licite fiant et valeant: plenā et liberā, ēt vltra facultates, per præfatos prædecessores nostros, & nos, Curialibus, et Curiam Romañ. sequentibus, in vrbe ædificantibus, cōcessas, vsq; ad summam seu valorem Mille ducatorū auri de Camera, quo ad bona per ecclesiam acquisita: quo vero ad alia, simpliciter, & vsq; ad oēs eorū facultates, & bona: licentiā et facultatem concedimus. Necnon illis, ex ipsis pro tēpore existentibus Militibus, qui illegitimi fuerint: vt de cætero, in quibuscunq; impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis, & literis, gratiam & iustitiam concernētibus, per eos seu eorum nomine, imposterū à dicta sede vel illius Legatis, etiā rōne dignitatum, etiam Epaliū, & Metropolitañ. ac Monasteriorū, seu aliorū beneficiorū ecclesiasticorum quorūcūq;, aut alias qualitercūq; impetrandis, vel eis, etiā motu proprio, cōcedendis, de defectu natalium, quem quoquomodo patiūtur, ac dispensationibus, eis desuper pro tp̄e concessis, nullam mentionem

Facultas testandi per Milites, tam de bonis per eos acquisitis, q̄ acquireñ. rōne bñficiorū ecclesiasticorū, vsq; ad summā Mille Duc. in filios, etiā illegitimos, & alias incapaces personas, absq; præiudicio cōstitutionū nonnullorū Ro. Pont. Et quoad alia bona, simpliciter, et vsq; ad oēs eorum facultates.

Milites illegitimi, non tenētur in impetrationibus et expeditiōibus, facere mētionē de defectu natalitū.

facere teneantur, nec p pea impetrationes, cōcessiones, dispēsationes, gratiæ, indulta, et literæ hmōi, de surreptiōis aut nullitatis vitio, seu intētionis defectu, notari possint, sed validæ & efficaces existant, de spāli gratia indulgemus. Eosdēq; Milites Lauretanos pro t pe existentes, ac quæcūq;, quotcūq;, et qualiacunq; bñficia ecclesiastica, et bona, per eos pro t pe obtenta: à quorūcunq; Ordinariorū locorū, et aliarū iurisdictionū ptāte, superioritate, & dominio, etiā si alias sint Milites Hierosolymitañ. qui exempti sunt à magno Magistro suo pro t pe, nisi beneficia religionis, aut super eis, pēsiones à sede prædicta habuerint, etiā in his omnibus, cū alijs Militibus Lauretanis antedictis, in quibus eiusdē sedis Notarij, etiā de numero participantiū nuncupati, de iure, privilegio, cōsuetudine, et alias exempti sint & esse censeantur: necnō à solutione cuiuscūq; pedagij, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris, vbiq; locorū eximimus & liberamus, ac iurisdictioni et potestati nostræ, et sedis prædictæ immediate subijcimus: Insigniaq; Collegij dictorū militum esse volumus imaginē gloriosæ virginis Lauretañ. ab vna parte alicuius pendētis aurei et ab alia insignia nostra, ad pectus per quēlibet ex dictis Militibus, et non per alios gestādi. Ac Militibus Lauretanis, qui insigne hmōi detulerint, vt ensem et alia arma in dicta Prouincia, et extra eam, quibusuis prohibitionibus & bannimentis nequaquā obstantibus, deferre valeant, pariter indulgemus. Cēseantur quoq; ijdem Milites, eorūq; successores, & omni fictione cessante, habeantur & sint familiares nostri antiqui et descripti, seruato inter eos, ad Militiæ hmōi officia, receptionis ordine, actu descripti, prout ex tunc, et ecōtra, quotiens descriptio ipsa fiet, describimus et annotamus in literis quibus familiares cōtinui cōmēsales nostri, et Cardinaliū, ad Apostolatus apicem assumptorū, qui assumptionis t pe, nostris et illorū respectiue obsequijs actu insistebant, ad effectū præcedendi alios in assecutionibus beneficiorū ecclesiasticorū, quæ vigore gratiarū expectatiuarum, & earum mutationū, collationum, extensionū, & reualidationū duxerint acceptanda describuntur, ac describi & annotari consueuerant, im-

Exemptio militū & beneficiorū ac bonorū eorūdem à quacunq; superioritate &c.

Eximuntur à gabellis, collectis, et aliis oneribus.
Insigne colle. militū Lauretañ.
Imago glo. virg. Lauretañ. ab vna e ab alia par. arma Pontificis.
Insignia ferri nō debēt ab aliis. q̄ dictis militibus.
Licentia portandi ensem & alia arma in prouincia Marchiæ Anconitañ. & extra eā.
Q uād milites et eorū successores, cēseantur familiares antiqui & descripti &c. & potiantur priuilegiis descriptorum.

mediate, ante penultimum antiquorum familiarium pro tẽpore descriptorum prædictorũ in eisdem literis annotatos & descriptos, ita vt ipsi, omnibus, & dicto penultimo antiquo descripto citra, absq; tamen dictorum descriptorũ, & aliorum sedis & Curiæ prædictarũ officialium præiudicio: Dictiq; Milites literas gratiarum expectatiuarũ, quotiẽs eas generaliter concedi contigerit, absq; aliqua signatura desuper obtinenda, in prima earum expeditione ad duas collationes, & duo beneficia, per eorum quẽlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficijs, alias sub eorũdem Militum gratijs expectatiuis, eorumue collationum mutationibus et extensionibus, pro tempore compræhẽsis, dispositioni apostolicæ, ex quauis causa (præterquã ratione illius vacationis apud sedem prædictã, aut familiaritatis continuæ cõmensalitatis nostræ, & tunc viuentis Romañ. Pont. aut cuius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret, alicuius dictæ Romañ. Ecclesiæ Cardinalis) generaliter reseruatum, vel ex generali Apostolica reseruatione, aut alias quomodolibet affectũ, & cuius beneficij reseruati, fructus, redditus, & prouentus Ducentorum Florenorum Auri de Camera, secundum cõmunem extimationem, valorem annuum non excedant, expedire: & ipsum beneficiũ sic generaliter reseruatum vel affectum, etiam si ipsi Milites, in ipsis gratiarum expectatiuarum literis, vel Cõstitutionibus, siue regulis Cancellariæ Apostolicæ, desuper pro tempore editis, specialiter & expresse excluderentur, aut alias eorum gratia limitaretur: & tam illud, quàm alia quæcunq; cum cura & sine cura secularia, & regularia, sub huiusmodi expectatiuis, & illorum mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationum, ac reseruationibus, vnionibus, mandatis, & alijs gratijs, eis pro tempore concessis, compræhensa beneficia ecclesiastica, pro tempore vacantia, tam in dicta Curia præsentes, quàm ab ea absentes, etiam in ipsa Curia per procuratores speciales & generales in genere acceptare, & de illis sibi, etiam in genere prouideri facere, ac illa consequi & habere, ac acceptationes & prouisiones

Pñt gratias expectatiuas, absq; Signaturæ, expedire ad duas collationes, et ad duo bñficia per quẽlibet eorũ eligen. ẽt si vnũ ex dictis bñeficiis sub gratiis expect. eorundẽ militum, eorumue collationũ mutationibus &c. sit cõpræheñ. & dispositioni apost. generaliter reseruatũ vel affectũs ac val. cc. Flore. au. non excedat.

Pñt ẽt, nõ obstã. regulis can. apost. in cõtrariũ editis, prædictũ bñficiũ, & similia, sub huiusmodi gratiis expect. & illarũ mutatiõibus, extẽsioñ. &c. cõpræhensa, & vacañ. tã in curia pñtes q̃ absentes ab ea, & in ipsa, & per procuratores speciales & generales acceptare, & sibi de illis prouideri facere.

hmôi,ad beneficia particularia,etiã per procuratorem gñalem specificare. Notarij quoq; inde rogati,iuxta stylum Archiuij Romañ. Curiæ, super acceptationibus,instrumenta de beneficiis tunc vacantibus,cum pro parte ipsorũ Militum pro tpe existentiũ,requisiti fuerint,conficere possint & debeant:ac acceptationes & prouisiones hmôi, validæ et efficaces existant. Ipsiq; Milites,ad satisfaciendũ constitutionibus de publicandis acceptationibus & prouisionibus,ac illis intimandis possessoribus editis, & pro tpe edendis,minime teneantur: Ac omnibus & singulis priuilegijs,antelationum prærogatiuis,decretis,declarationibus suspensionibus,derogationibus,mandatis,voluntatibus,immunitatibus,cõcessionibus & indultis,quo ad Expectatiuas hmôi, alijs familiaribus nostris cõtinuis cõmensalibus, etiã antiquis & descriptis, & literarũ apostolicarum Scriptoribus,et Cubicularijs nostris,et pro tpe existentis Rom. Pont. quõlibet concessis & cõcedendis,non ad instar,sed pariformiter, et æque principaliter sine vlla differentia,prout ipsi antiqui & descripti familiares & Scriptores, ac Cubicularij,vtuntur,potiuntur,et gaudent,ac vti,potiri, et gaudere poterunt quõlibet in futurũ (sine tñ eorum præiudicio) vtantur,potiantur,et gaudeant. Ac volumus, q dicti Milites Lauretani,qui pro tpe fuerint,de eorum officijs siue locis et emolumentis,quæ cum quibusuis alijs dictæ Romanæ Curiæ officijs cõpatibilia existant,et per quoscũq;,nedum vnũ,sed plura,simul vel successiue, etiam vltra decem obtineri valeant,ac per solam Signaturam concedi debeant,disponere,et illa in nostris,et dictorũ successorũ,seu Legati,aut Vicelegati seu Gubernatoris dictæ Prouinciæ pro tpe existentis, quãdo ipsis Militibus Lauretanis placuerit,et in fauorẽ personarũ per ipsos nominandorũ,instar officiorum dictæ Curiæ,resignare libere et licite valeant, ac resignationes hmôi validæ & efficaces existant,et suos effectus sortiri debeant. Ac pro Signatura cõcessionis singulorũ officiorum, siue locorũ hmôi,per resignationem pro tpe vacantiũ, Vigintiquinq; Florenos auri de Camera,in Romañ. Curia,Datario,et in Prouincia præ-

Notarii à Militibus requisiti,tenẽtur super acceptationibus bñficiorũ vacañ. vt supra; Instrumẽta de dictis bñficiis conficere.

Acceptationes & prouisiones hmôi sunt validæ.

Non tenentur Milites facere diligẽtias circa Expectatiuas et gratias tendentes ad vacatura.

Quòd gaudeant priuilegiis familiarũ cõmensaliũ & antiquorũ descriptorũ,ac Scriptorũ apost. et Cubiculariorũ, sine tamen eorum præiudicio.

Officia Militum Lauretanorũ sunt cõpatibilia cũ omnibus aliis officiis Ro. cu. & põt obtineri per vnũ, & etiam vltra decẽ. Per solam signaturã conceduntur.

Dãtur in Ro. cu. Datario, & i prædicta prouincia Thesaura. pro signatura seu cõposi

dicta, illius Thesaurario soluāt, ita tñ, q̄ Milites infra noīati, et in expeditione, vel post expeditionē pñtium literarū nominādi, et in libro Collegij hmōi annotādi, vsq; ad numerū Centū, et vnius hmōi dūtaxat: infrascripti videlicet, et alij postea nominandi, infra sex menses, à die qua quilibet eorū precium officij Militis hmōi exbursauerit, deputandos dūtaxat, & non vltra, ipsum officium, in quorūuis fauorem, in manibus nostri & pro tēpore existentis Romañ. Pont. nulla cōpositione seu admissione solutis, nec consensu alibi præstando requisitis, pro vna vice dūtaxat, infra dictos sex menses dimittere, & Supplicationes admissionum, resignationum, & concessionum hmōi, per solam Signaturam, etiam sine Registratura, expediri, & partibus consignari debeant & valeant: ac personæ, in quas dictæ dimissiones infra dictos sex menses, vt præfertur, fient: gratis & absq; aliqua admissionis solutione, recipi et admitti debeant: Necnon Collegium Militum hmōi, collegialia iura, et insignia, & auctoritatē, licentiam q; statuta, et ordinationes, eorum statum tranquillum et prosperū concernentia, condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videbitur, in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaq; sub pecuniarijs eidē Collegio applicandis, et alijs, etiam suspensionis, à perceptione emolumentorū distribuendorum, arbitrio dicti Collegii pœnis, per deputandos per ipsum Collegium exigendis, obseruari faciēdi: licentiam et facultatem tribuimus et elargimur. Eisdēq; Militibus Lauretanis, pro tēpe existentibus, vt singulæ pro eorum quolibet, literæ apostolicæ, etiam sub plumbo sup omnibus & singulis Expectatiuis, ac earum extensionibus, ampliationibus, & aliis eis per præsentes concessis gratiis, etiam per Cameram, vel Cancellariam apostolicam: necnō quascumq; expeditiones literarum in Cancellaria dictæ Prouinciæ, gratis expediri possint, indulgemus: Ac eis partem armorum nostrorum, videlicet Lilia, cum vel sine cuiuslibet eorum propriis armis, si ea habuerint, libere & licite ponenda, in veræ nobilitatis signum, assignamus; & etiam insignia hmōi deferendo vel nō deferendo,

tione singulorum officiorū. xxxv. Flor. aur. de Ca.

Numerus centū, & vnius militum Lauretanorum.

Obtinēs officiū, si infra sex menses illud dimittere voluerit: ille ī cuius fauorem dimissio fit, nō tenetur soluere cōpositionē admissionē, neq; taxam.

Facultas obtinendi collegialia iura & insignia, &c. condendi.

Literæ super Expectatiuis, & priuilegiis Militum Lauretanorū, expediantur gratis.

Cōceditur Militibus Lau. pars armorū Sāmi Pont. in signum veræ nobili & deferētes siue nō, nobilitate tñ non careant.

Milites Laureta. præcedāt milites S. Petri & Pauli, ō tñ participañ. & alios quoscūq.

Deferant Baldachinū Papæ, cum, vel sine, oratoribus pricipum. Eximuntur cū eorū successoribus, à solutione Iocalium, & aliorum iuriū cameræ ratione officii. Quòd milites clerici ad notariatus officiū assumpti, nó tenētur deferre habitū, & illū possint à defensoribus officii recipere, præstādo solitum, iuramētum ī manibus eorum. Defensores expediunt processus officii Notariatus tātummodo. Pro expeditione processus, oībus cóputatis, soluant Iulios. XXII. Sūma à militibus Lauretañ. de propriis bonis tribueñ. pro erectione Collegii. Videlicet. L. M. & Quingent. Duc. aur. de Ca.

nobilitate prædicta non careant. Ac præfatos Milites Lauretanos, alios quoscunq, etiam Sancti Petri & Sancti Pauli, non tamen participantes, etiam Regum, Principum, ac ordinum eorūdem Regum, etiam Imperatoris, ac quarūuis Militiarum, & quorūcunq ordinum, & Hospitalium, ac etiam S. Ioan. Hierosolymitañ. Milites, & fratres, in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore Romañ. Pontifice. & in quibusuis locis præcedere: Et quando nos, & Romañ. Pontifices, sub Baldachino præcedent: Baldachinū huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamē præcedentibus, deferre. Quodq Milites Lauretani hmōi, & eorū successores, ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorū quorūcunq iurium, in dicta Camera, ratione officiorum Militum Lauretanorum hmōi, ipsis nunc, & pro tēpore, concessorū, solutione & præstatione, omnino sint liberi & exempti: & clerici ad Notariatus officium pro tempore assumpti, ad gestandum Notariatus habitum non teneantur: Et qui illum habere voluerint: à pro tpe existentibus Collegij dictorum Militum defensoribus, recipiant, & in eorū vel alicuius eorū manibus solitum præstent iuramentū: Liceatq ipsis defensoribus ipsius Collegij nomine, & sub cōmuni ipsius sigillo, processus super officio Notariatus dūtoxat, in ea forma, quā Executores in literis apostolicis ad exhibēdum insignia Notariatus hmōi pro tēpore deputati, dare consueuerint, dare processus aut exēptiones pro Notarijs hmōi, per Camerā hmōi expediri solitos, à dicta Camera, iuxta morem solitum recipere: & pro eorū singulis, cum illos habere voluerint, Iulios. XXII. dūtaxat, etiā computatis iocalibus, & Camerarijs sigillo, & non vltra, prædictæ Cameræ persoluere teneātur. Cæterum cū infrascripti Milites Quinquaginta mille, & quingētos duca. auri de Camera hmōi, pro nostris et prædictæ ecclesiæ necessitatibus subleuandis, & pro infrascriptorum eis assignatorū prouentuum precio seu recōpensa, de proprijs eorum bonis, vt præfertur, obtulerint, ac in pecunia numerata, nobis cum effectu persoluere intendant, iustūq

sit & æquitati conueniat, vt eorũdem Militum vitæ adiumento & indẽnitatibus, taliter consulatur, q͂ ex bono et charitatiuo officio, quo in hoc erga nos, & dictã Ro. Eccl. iuxta solutionem faciendam, vt supra sunt perfuncti, nullo vnquã tẽpore, ipsi eorũue successores, iacturã aut detrimentũ sustineant: De consilio, & assensu, ac scientia & potestatis plenitudine supradictis, eisdem Militibus Lauretanis, eorũq; in Militiæ officijs hmõi successoribus, in perpetuũ annuũ redditũ, sex millũ & LX. duca. auri de Cam. similiũ, eis per modernũ, ac pro tpe existentẽ Thesaurariæ Prouinciæ Marchiæ hmõi conductorẽ vel adminiſtratorẽ, ex quibusuis dictæ Thesaurariæ, etiã pœnarum maleficiorũ, & tractarum frumentorũ, per mare vel per terrã: Necnõ Cancellariæ eiusdem prouinciæ, ac ratæ subsidij CCC. m illum scutorũ dictam Prouinciam tangentis, nouissime impositi, eo durante: & si illud cessare contigerit, augmenti precii salis, & quorũcũq; aliorũ subsidiorũ extraordinariorum, per sedem prædictam quolibet in dicta Prouincia exigendorũ pecuniis: Necnõ quibusuis aliis introitibus ordinariis, vel extraordinariis, singulo mense, ratam integre, & sine aliqua retentione, persoluendis, perpetuo vendimus, tradimus, concedimus & assignamus. Et vt assignamentum hmõi, omni difficultate impedimentoq; cessantibus, suum, vt par est, plenum sortiatur effectũ: Ex nũc, quæcũq; salaria, prouisiones, et emolumẽta ordinaria et extraordinaria, Legato Marchiæ, siue eius Vicelegato, aut Gubernatori pro tempore existentibus, ac quibusuis aliis prouisionatis, super introitibus dictæ Thesaurariæ assignata, seu per Legatos, Vicelegatos, aut Gubernatores, ac Prouisionatos hmõi, de iure, statuto, cõsuetudine, priuilegio, cõcessione, gratia, vel alias pcipi solita, extinguimus, et ab eis, eorũq; officijs, et personis, ac iuribus pro dicta sũma sex millium et sexaginta ducatorũ tantũ, in totũ abdicamus, & Cam. Apost. præfatæ appliamus et appropriamus, ita q͂ ex illis, ac prædictis et quibusuis aliis eiusdẽ Thesaurariæ introitibus, ordinariis et extraordinariis quibuscunq;, sũma annua sex millũ & sexaginta ducatorũ auri in auro de Camera

Assignatio sex millũ & sexaginta duc. au. de ca. similiũ, pro dictis milit. & eorũ successoribus, causa dicti officii.

Assignatio super Thesaurar. Marchiæ Anconitañ.

Super pœnis maleficiorum & ex Tract. frumẽtorũ per mare et terrã.

Ex cãcellaria dictæ Prouinciæ Anconitañ.

Ex rata subsidii. CCC. Mill. Scu. dictã Prouinciam tangeñ. & nuper impositi, quãdiu durauerit.

Ex pecuniis augmẽti precii salis, & quorũcũq; subsidiorũ i dicta prouincia per sedem quolibet exigeñ.

Ex introitibus ordinariis & extraordinariis.

Extinguũtur salaria, prouisiões, & emolumenta, Legato, ac vicelego. et Guber. March. Anconitañ. super introitibus dictæ Thesau. assigñata &c. Et ab eis, eorumq; officiis, pro sũma sex millũ et sexagi. duc.

abdicētur, & Cameræ applicētur pro Col. mil. lau.

ra, pro rata, singulo Mense, Collegium Militum Lauretanorum huiusmodi, integre omnino percipiat, extrahi volumus atque mandamus. Et ne Legati, Vicelegati, seu Gubernatores pro tempore existentes, ac Prouisionati huiusmodi, sine emolumentis, ac salarijs remaneant, ac ex præmissis dispendium patiantur: ex nunc, eis tantū super nouo subsidio prædicto quod dicta Prouincia eidē Cameræ soluit annuatim: et illo deficiente, super augmento precij salis prædicto, quantū ad eorum satisfactionem deerit, ex causa abdicationis & applicationis huiusmodi assignamus, & per illos ad quos spectat solui mandamus: Decernentes nullo tēpore, nullaue causa, assignamentū huiusmodi Militibus prædictis impediri posse vel debere, etiam si Legatus, Vicelegatus, Gubernator, aut Prouisionati huiusmodi, eorum salaria, prouisiones & emolumenta minime consequi possent. Et in omnē euentum, etiam si subsidium huiusmodi cessaret, nullatenus Legati, Vicelegati, Gubernatores, aut Prouisionati huiusmodi, ad eorum solita emolumenta, salaria seu prouisiones, redire possint: sed Thesaurarius apostolicus generalis, pro tēpore existens, eis, super alijs redditibus dictæ Cameræ, opportune prouidere teneatur & debeat. Et ut facilius iura ipsius Collegij conseruentur, & præmissa omnino sortiantur effectum: volumus quod Thesaurarius generalis, pro tempore existens, præfatus: Collegij huiusmodi assignamenta & iura quæcunque defendere, ac si nostra & dictæ sedis essent, in dicta Camera & ubique, teneatur & debeat. Quodque dilectus filius Bindus de Altouitis, Mercator Florentinus, Romanā Curiā sequens, modernus dictæ Prouinciæ Thesaurarius, nunc, eiusque successores, Thesaurariam Prouinciæ prædictæ, in appaltum, administrationē, vel alias quōlibet obtenturi, antequā Thesaurariæ prædictæ possessionē capiant, seu in illa se quoquomodo immisceant, libere, etiā proprijs nominibus, se Collegio Militum huiusmodi obligare, ac de soluendo ipsi Collegio summā Sex Millium, et Sexaginta Ducatorū auri de Camera huiusmodi, annuatim, & singulo mense, ratam promittere debeant: alias ad officiū Thesaurariæ huiusmodi, illiusque exercitium admitti, nullatenus possint neque debeant,

Decretū super cōfirmatiōe assignamentorum.

In euentum cessationis subsidiorū seu assignamētorū prædictorū, Thesaurarius Apost. gñalis, tenetur prouidere Militibus de alijs red. Cameræ.

Tenetur iura & assignamenta Collegij Militum defendere.

Thesaurar. Marchiæ Anconitañ. pro tēpore exñs, eiusque successores dictā Thesau. in appaltū, seu alias regere debeñ. tenentur libere, & proprijs noibus se Collegio Militum obligare, & de soluēñ. dicto collegio summā sex millīū & sexaginta duc. quolibet anno, & singulis mensibus

beant: & appaltus, administratio vel concessio dictæ Thesaurariæ, ad quoscunque cum hoc onere transeat, ita quod, etiam si obligatio & promissio hmõi factæ non forent, vere tamen, & non ficte, factæ intelligantur. Et nihilominus, ad abundantem cautelam: Collegio Militum hmõi, Thesaurariam prædictam, illiusque introitus ordinarios & extraordinarios, ac iura & actiones, quæcunque, præsentia & futura, necnon ratam dicti subsidij, & augmentũ precij salis, ac quodcunque aliud subsidium, vel onus, quocunque nomine nuncupantur, dictæ Prouinciæ imponendum, pro annua summa sex millium & sexaginta ducatorum huiusmodi tãtum, integre persoluenda, eisdem Collegio, & personis, insolidum, specialiter & expresse obligamus, & hypothecamus, volentes, quod si Thesaurariæ huiusmodi conductores, vel administratores, vt præmittitur, se nõ obligauerint, vel Milites præfatos, cautos non fecerint, aut per tres menses à solutione dicti assignamẽti cessauerint: liceat eisdem Collegio, Thesaurariæ introituum, ac iurium hmõi, possessionem corporalem, propria auctoritate, etiam absque alio iuris, seu iudicis ministerio, appræhendere, ac Thesaurariæ administratores, Collectores, & Ministros quoscunque, propria auctoritate expellere, sine aliquo spolij vitio, & sibi ipsis satisfacere, & Thesaurariam retinere, donec eis fuerit integre satisfactũ, ac sufficienter cautum de eorũ assignamento hmõi, ex tunc in futurũ soluendo. Et insuper, cuilibet ex dictis Militibus Lauretanis, quolibet anno, quo tractæ frumentorum apertæ fuerint, pro singulis officijs Militum hmõi, per eum obtentis, etiam si vnus, plura ex dictis officijs obtineat, tractam quinquaginta salmarũ frumenti, per mare vel per terrã, ab omni tractæ passus, Resignæ, Gabellæ, & bulletini solutione, & quocunque alio onere ordinario vel extraordinario, imposito vel imponendo, francam, liberam & exemptã cõcedimus. Et si cõtingeret tractas dictæ Prouinciæ claudi, illico quod dicta tracta aperiatur, vel aliqua gratia alicui quomodolibet super dicta tracta cõcedatur: Milites prædicti dictã quãtitatem frumenti gratis, vt præfertur (Thesaurarij, Legati, Vicelegati,

ratam promittere debent sub pœnis infrascriptis.

Obligatur Thesauraria cũ introitibus ordinariis, & extraordinariis, ac rata subsidii, & augmento precii salis &c. collegio militũ pro dicta summa sex milliũ &. lx. du. annuatim.

Cessantibus conductoribus & administrato. dictæ Thesaurariæ adĩplere suprascripta: Milites Lauretañ. põt illos expellere, & possessionẽ Thesaurariæ capere, & illã retinere donec satisfiat illis.

Cõceditur tracta Quinquaginta salmarum frumẽti, ab oĩ gabella et bulletini solutione & aliis oneribus exempta.

seu Gubernatoris dictæ Prouinciæ, vel alterius cuiusuis licentia minime requisita) extrahere possint. Volumusq; quod emolumenta, & pecuniarum summæ, vel annui redditus prædicti, dicto Collegio assignata, à Calendis mensis Maij proxime futuri incipiant, & inter Milites qui infra describentur, describantur, & in futurũ continuando inter eos, iuxta eorũ ordinationes distribuantur. Quodq; subsidij seu onerum prædictorum, pro tempore Collectores, siue Thesaurarij, seu Vicethesaurarij dictæ Prouinciæ fuerint, siue non, pro annua summa sex milliũ & sexaginta ducatorum hmõi, eisdẽ Collegio et Militibus, se nostro & Cameræ præfatæ nomine obligare, & in euentum in quẽ Milites ipsi, super solutione subsidij hmõi, satisfieri voluerint: summam ipsam sex milliũ & sexaginta ducatorũ integre, omni mora postposita, soluere teneãtur: ipsiq; Milites, nunc ad Thesaurariam, nunc ad subsidiũ, totiens quotiens eis placuerit, pro eorũ emolumentis prædictis, vsq; ad eorũ integram satisfactionẽ recurrere possint et valeant: Ac ad probandũ dictos quinquaginta millia & quingentos ducatos, in necessariã vel euidentem vtilitatẽ ecclesiæ, & sedis earũdem, conuersos fuisse, minime teneantur. Ac in euentũ in quẽ Collegium Militum Lauretanorũ hmõi, ex aliqua rõne vel causa, seu casu, etiam inexcogitato, in totũ vel partẽ, per nos et successores nostros præfatos, extingui seu reuocari, aut ipsos Milites, quominus iura & emolumenta eis assignata prædicta, integre libereq; percipiant, quõlibet etiam casu fortuito, vel alias, etiam totalem defectionẽ vel cessationẽ ipsorũ introituum inducente, impediri seu diminui contigerit: etiã nos & successores nostros, ac Cameram apostolicã prædictos, ac ipsius Cameræ spiritualia & temporalia, omnia & singula, ac etiã in specie iocalia, & alia bona mobilia & immobilia nostra, & Romañ. Pont. pro tempore existentiũ prædictorũ, Si vero ipsum extinguatur Collegiũ, seu officia Militũ Lauretanorũ hmõi, aliter quam per nos præsentibus ordinatur, & instituuntur: contra earũdem tenorem pñtium, confundantur vel alterentur, ad restituendũ ipsis Militibus supradictã integrã quinquaginta mil-

Emolumẽta et pecuniæ, & annui redditus Collegio assignat. ĩcipiunt currere a die prĩa Mai 1545.

Collectores subsidii et onerũ prædict. tenentur se obligare Collegio Militũ Laur. pro summa annua sex milliũ & sexaginta duc. ac dictam summã illis persoluere.

Milites habẽt recursũ ad Thesauriã, et subsidiũ prædict. pro eorũ emolumentis.

Nõ tenentur probare summã quinquaginta mill. & quingentos Duc. fuisse conuersam in euidentem vtilitatem ecclesiæ et sedis apostolicæ.

Cautio in euentũ extinctionis, seu reuocatiõis collegii aut impedimẽti circa perceptionem fructuum.

Assignatio in specie, facta super cameram apost. ac aliis bõis S.R.E.

Quõd in euentũ extinctiõis, & cõfusionis, seu alterationis Collegii

lium & quingentorũ ducatorũ summam, per eos et eorũ singulos, vt præmittitur, persolutam. Quibus nullo modo, nullaue rõne vel causa cõputari debeant seu possint in sortem, iura & emolumenta, per eos interim percepta, in toto vel in parte: sed illa tanquã iusto et legitimo titulo, ac bona fide lucrentur, acquirant, & retineant, nec ad illa restituendũ, vel cũ sorte prædicta cõpensandum, modo aliquo, cogi vel compelli possint, neq; debeant, ac p̃ntibus literis, quas veri contractus et obligationis, inter nos & sedem præfatam, ac dictam Camerã ex vna, & Milites ipsos ex altera partibus, legitime initi & stipulati, vim & robur obtinere decernimus, per quascunq; literas et gratias, per nos et dictos successores nostros, desuper emanandas & cõcedendas, derogari, clausulamq; cũ eorũ vel earũ seu p̃ntium derogatione latissime extendendã: Ac q; eædẽ præsentes literæ, earũq; tenores, pro expressis habeantur, in quibusuis supplicationibus & cõtractibus, inter, et per nos, & successores nostros, et & Cameram, ac appaltatores, & alios locatores & cõductores prædictos, & alias quascunq; personas, pro tpe signatis & initis, appositam, nihil penitus operari, et illius vigore, in literis apostolicis, sup ipsis obligationibus conficiendis, quicquam, vltra q̃ in Supplicationibus huiõi specifice sit expressum, narrari nõ possit. Sicq; per modernos, et pro tpe existentes, eiusdem S.R.E. Camerariũ, & dictæ Cameræ Clericos & Præsidentes præfatos, ac alios quoscũq; Iudices & Cõmissarios, etiam causarũ Palatij apostolici Auditores, & præfatæ Romañ. Ecclesiæ Cardinales, in quibuscũq; causis, super præmissis vel eorum aliquo, pro tẽpore motis, iudicari & diffiniri, ac sententiari debere: Sublata eis, & eorũ singulis, quauis aliter faciendi & iudicandi omnimoda facultate & auctoritate: Necnõ irritũ et inane, quicquid secus super his, vel eorũ aliquo, per eos et alios quoscũq;, quauis auctoritate, etiã per nos et successores nostros præfatos, scienter vel ignoranter cõtingeret attentari, etiã decernimus & declaramus: Eisdẽq; Camerario, Præsidentibus, & Clericis, nunc et pro tempore existẽtibus, ac omnibus et singulis alijs, ad quos

Militũ Lauré. seu officiorũ eorũ, debeat restitui ipsis militibus, summa L. milliũ & quingeñ. duc. nec emolumenta percepta cõputẽtur in sortẽ Decretum q; præsentes habẽt vim contractus.

Quòd p̃ntes literæ siue cõtractus nõ cõpræhẽdãtur sub aliqua derogatione.

Decretũ irritans, in cõtrauenire volẽ.

Mandatur camerario, Præsidentibus et Clericis ca

meræ, quatenus ipsi ponant summã L. millium & quingẽ duc. gratis, ad introitũ cameræ; & conficiant instrumẽta & alias scripturas desuper opportunas.


id quomodolibet spectat & spectabit pro tẽpore, vt summam quinquaginta millium & quingentorũ duc. hmõi, gratis, ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant & describant, scripturasq; necessarias & opportunas, & obligationes desuper conficiant: Cõtractum per nos sic celebratum, & bonam fidem nostrã recognoscentes & sequẽtes, faciant eisdem Militibus, super præmissis, & eorum plena inuiolabili obseruatione, quodcũq; publicum instrumentum obligatoriũ, bonorũ spiritualium & temporalium Romañ. Ecclesiæ, & Cameræ prædictarum, ad ipsorum Militum Lauretanorũ requisitionem, prout etiã nos facimus per præsentes: & in aliquẽ ex dictis euentibus, absq; alterius declarationis, seu mandati expectatione, de præmissis, debitam & integram eis satisfactionem impendant, præcipimus & mandamus, volumusq;, q generalis Curiæ causarũ Cameræ Apostolicæ præfatæ Auditor, ac vniuersi & singuli alij moderni & pro tempore existentes Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate ecclesiastica constituti, in dicta Curia & extra eã residentes, ac per Collegium Militum Lauretanorum hmõi, & eorum singulos eligendi, & eorum singuli, per se vel alium seu alios, auctoritate nostra dictis Militibus, in præmissis, efficacis assistant præsidio defensionis, faciantq; eos & eorũ singulos, eorũq; filios (quotiens pro ipsorũ parte super hoc fuerint requisiti) omnibus & singulis prædictis, pacifice frui & gaudere, non permittentes eos, per quoscunq; desuper, quomodolibet indebite molestari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet, et rebelles, cuiuscũq; status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per easdem censuras ecclesiasticas, et pecuniarias pœnas, aliaq; iuris & facti, quæ iis opportuna remedia, appellatione omnino postposita, cõpescendo. Non obstantibus Lateraneñ. Cõcilij nouissime celebrati, tam super habitu, p nostros, & dictæ sedis Notarios, sub pœnis inibi expressis, gestãdo, q bonis Ecclesiæ Romañ. et sedis earũdem, nõ alienãdis, ac etiã Sanctæ memoriæ Simachi. Non liceat Papæ, & Innocẽtij Papæ. IIII. Volentes, inci-

Assistentia Iudicum.

Pœnæ in contrauenien.

Non obstãtia, seu derogatio, pro validitate præmissorum.

pientibus, ac Pauli .II. et aliorū Romanī. Pont. etiam prædecessorum nostrorū, contra exemptos editis, & prædictis, ac alijs, etiam de non acceptandis vigore gratiarū expectatiuarū beneficijs, dispositioni apostolicæ gñaliter reseruatis, ac in fauorem ordinariorū, & alijs nostris et Cācellariæ hmōi pro tempore editis regulis, & alijs apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Cōcilijs, editis generalibus, & specialibus, cōstitutionibus et ordinationibus, necnō priuilegijs, indultis, et literis apostolicis, Cantorū, Capellanorum, & Abbreuiatorum, etiam de maiori parco, & Scriptorum, ac Cubiculariorum prædictorum, & aliorū sedis et Cameræ huiusmodi officialium, Collegijs, eorūq; personis, per nos vel quoscū p prædecessores nostros, etiam vim contractus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis, etiā derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq;, & alijs declarationibus & decretis, etiam talibus, q illis nullatenus, vel nisi de eorum, quorum interest, expresso consensu, & dictorum fratrum nostrorū consilio, etiā consistorialiter habito, alijsq; modis et formis, ibi traditis, vsquequaq; seruatis, derogari possīt: etiā si inter alia caueatur expresse, q si eis derogari contingat: derogatio hmōi non valeat, nisi talis intentio derogandi, aliquibus personis tūc expressis, per diuersas in forma breuis literas, cum interuallo vnius mensis, seu alterius tēporis, eis præsentata prius, ac intimata & insinuata fuerit: necnon dictis Clericis & Præsidentibus Cameræ, ac Fisco nostro cōcessis, et cōcedendis, et legibus imperialibus, quibus cauetur in alienatione rerum fiscaliū, certam & exquisitam formam, cum interuallo temporis, & candela accensa, seruādam fore, alias contractus sint nulli & inualidi, et recipiens ad restitutionē, vna cū fructibus teneatur. Quibus omnibus, illorū tenores, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis hñtes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice, et ad effectū omniū præmissorū, harū serie, specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Vt autem præsen-



Quòd pñtes lit- rę in Cancellaria apostolica, & audientia literarum cõtradictarum, ac i acie plateę Maceratẽ. ac valuis Beatę Marię Laur. affigantur & publicentur.

tes literę, ad notitiam omniũ deducantur, ac per oẽs inuiolabiliter debeant obseruari: Volumus, ꝙ illi in eadem Cancellaria Apostolica, et Audientia literarum contradictarũ nostrarũ, ac in Acie Plateę Maceratẽ. ac Valuis Beatę Marię Lauretan. affigi & publicari debeant, vt ij, quos ipsę literę concernunt, seu cõcernere poterunt quolibet in futurũ, quòd ad ipsorũ notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde, ac si eis personaliter intimatę forent, nullam possint excusationem prętendere ve ignorantiam allegare. Et quia difficile forsan foret, earũdem prę sentium literarũ notitiam, ad quascũq; personas peruenire, & vbiq; illas prę sentare: eadẽ auctoritate apostolica volumus & decernimus, ꝙ transumptis pñ ium literarum, etiã per impressionẽ factis, manu alicuius defensoris, pro tẽpore dicti Collegij dictorum Militum Lauretanorũ, subscriptis, et Sigillo Camerarij nostri prefati, necnon eiusdem Collegij sigillatis (quẽadmodum adhiberetur pñtibus literis originalibus, si prę sentarentur) vbiq; adhibeatur, tam in iudicio, ꝙ̃ extra illud, plena & indubitata fides.

Quòd adhibeatur fides trãsumptis.

Nomina & cognomina Collegii militũ Lauretanõ.

¶ NOMINA vero Militum hmõi, sunt quę sequuntur, videlicet. Bernardinus Eluinus Thesaurarius apostolicus generalis. Michael Angelus Thomassinus. Benuenutus Oliuerius. Donatus Busĩnus. Ioan. Bizzerius. Bindus Altouita. Iacobus Hermolaus pro duobus. Hieronymus Nerottus de Monte Bodio. Franciscus Melchior, & Iacobus. Crucianus, laici Recanatẽ. Antonius Aurispa de Monte Fortino, laicus Firmanus. Bartholottus de Mozziis laicus Maceratẽ. Io. Baptista Dñi Contis de Monte Bodio, Senogallieñ. dioc. Franciscus Porcella de Tolentino. Franciscus Antonii Margarucii de Sancto Seuerino. Ioã. Thaddeus de Ruggeriis Venetus. Camillus Costa laicus Maceratẽ. Marinus Billaqqua de Sancto Genesio, laicus Camerineñ. Franciscus Trauaglinus clericus Auximanus. Ioã. Antonii Margarucij de Sancto Seuerino, Tarduccius de Tarducciis de Corinalto laicus Senogallieñ.

Matthæus Mancinus de Monte sancto laicus Firmañ. diœcesis. Franciscus Bartolotti de Mozziis laicus Maceratẽ. Franciscus Gabuccius de Monte Bodio clericus Senogalliensis. Roggerius Adæ laicus Firmanus. Benedictus de Benedictis laicus Exinus. Ioã. Baptista Bossus de Lauro laicus Firmanus. Mazzeus de mazzeis laicus Florentinus. Nicolaus Dominici alias Bailliuy, Lotboringus. Camillus Clementinus. Horatius Gabuccius de Monte Bodio. Tyberius Capitis Ferri Romañ. Antonius Angelellus laicus Recanatensis. Ioãnes Antonii Aurispæ laicus de Monte Fortino. Io. Paulus Gentilonus de Staffulo laicus Auximanus. Baldassar Olgiatus. Franciscus Olgiatus. Desiderius Olgiatus. Bernardinus Olgiatus. Alexander Olgiatus. Cæsar Olgiatus. Laurentius Cinecictus de Santo Seuerino. Anfranus Sculus, Genueñ. Hippolytus Aurispa de Monte Fortino laicus Firmanus. Antonius Iacobus Bracconus de Macerata. Ioãnes Peri de Paulucijs laicus Asisiensis. Io. Frãciscus Frãcisci de san Martinis laicus Asisiensis. Ludouicus Vãninus de Theodolis Eps Scaleñ. Michael de Par presby. Viseñ. Octauianus Matteucius laicus Firmanus. Io. Baptista Piccus laicus Anconitanus. Aloysius Spatarius Ragusinus. Baptista de Rubeis laicus Bergomeñ. Ioã. Baptista Ser Dominici de Offida laicus nullius diocesis. Aurelius Bonfacius de monte Filoptratio. Ioã. Baptista de Martiris de Roca contrata. Galeottus de Galeottis de Amandula. Benedictus Sanctorus de Massignano. Tranquilus pacificus de Ripa Trasone. Cæsar Azzolinus Canonicus Firmanus. Franciscus Cribellus pro duobus. Augustinus Filagus Mediolaneñ. FrãciscusGeorgius Veroneñ. Vespasianus Gilius Recanateñ. Ioã. Maria Camerata Bergomensis. Petrus Bellus Bergomeñ. Bartholus Fanellus Anconitañ. Dominicus Andreæ Stella Senensis. Ioã. Franciscus Rosatus Firmanus. Ioã. baptista de Perozzio de Acquauiua. Palmerochus de Palmerochis Sancti Elpidii. Cherubinus Francisci de Massignano. Antonius Nappus Anconitanus, Paulus Biãchellus Cesenas. Zenius An-

dreæ Morandus Veroneñ. Innocentius Battaglia Perusinus. Bernardus Macchiauellus Florentinus. Bartolus Albanus Vrbeuctanus. Cæsar Ludouici Vrbinas. Americus Antenori Florentinus. Ioã. Angelus Garibaldus Mediolañ. Guido antonius Bolognínus Fulginas. Laurentius Augustini de Auisso. Hieronymus Berardinus Bononieñ. Philippus della Zecca Bononieñ. Ioã. Paulus Lascates Græcus. Frãciscus Nappus Anconitanus. Fabritius Grimaldus Anconitanus. Petrus Mancinus Canonicus Firmanus. Antonius Rogatus Recanateñ. Bartolus Brancadorus Firmanus. Franciscus Oricellarius Florentinus. Antonius Benzonus Bergomeñ. Antonius Iacobus Fanellus Anconitanus. Stephanus Benincasa Ancoñ. Magister Modestinus Cassinus de Santo Elpidio. Benedictus Cittadanus de Santo Seuerino. Bernardus Spina Florentinus. Guenerius Sciana de Aquauiua.

NVLLI ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum erectionis, institutionis, facti, creationis, receptionis, aggregationis, dispensationis, concessionis, exemptionis, liberationis, elargitionis, assignationis, venditionis, extinctionis, voluntatis, mandatorum, & decretorũ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Data Bullæ. ¶ Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dñicæ Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. Caleñ. Aprilis. Pontificatus nostri, Anno Vndecimo.

✠ Ego Paulus, Catholicæ Ecclesiæ Eps, subscripsi.



Episcopi Cardinales.

✠ Ego Io. Do. Eps Cardinalis Ostien. subscripsi.
✠ Ego Io. Eps Sabinensis Card. de Saluiatis subscripsi.
✠ Ego Philip. Card. de Bolonia Eps Tusculanen. subscripsi.
✠

Presbyteri Cardinales.

✠ Ego E. S. Angeli Card. Verulan. subscripsi.
✠ Ego R. Cardinalis de Carpo subscripsi.
✠ Ego P. Cardinalis Bembus subscripsi.
✠ Ego V. Cardinalis de Gambara. subscripsi.
✠
✠ Ego B. Cardinalis Guidicionus subscripsi.
✠

✠ Ego M. Cardinalis Crescentius subscripsi.
✠ Ego R. Cardinalis Puccius. subscripsi.
✠ Ego G. Cardinalis Cortesius subscripsi.
✠
✠ Ego Geor. Cardinalis Armeniacus. subscripsi.
✠
✠ Ego F. Cardinalis Amalfitañ. subscripsi.
✠ Ego Fed. Cardinalis Cæsius subscripsi.
✠ Ego D. Cardinalis de Durantibus subscripsi.
✠ Ego N. Cardinalis Ardinghellus subscripsi.
✠
✠
✠ Ego F. Cardinalis Pisanus subscripsi.
✠ Ego N. Cardinalis Gaddus subscripsi.
✠
✠
✠
✠
✠

Diaconi Cardinales.

✠ Ego G. AS. Sfor. Cardinalis Camerar. subscripsi.
✠
✠ Ego N. Cardinalis Caietanus subscripsi.
✠
✠ Ego A. Cardinalis Cornelius subscripsi.
✠ Ego Hier. Cardinalis Sancti Georgij subscripsi.
✠ Ego Ty. Cardinalis Crispus. subscripsi.

B. Motta.

Registrata in Camera Apostolica.
Michelangelus.

¶ Anno à Natiuitate Domini. M. D. XLV. Indictione tertia: die vero Decimaseptima Mensis Maij. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ Tertij. Anno Vndecimo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ, appensæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis seu Portis Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ (vt moris est) per me Ioãnem de Sancta Cruce, præfati S. D. N. Papæ, Cursorem.

Ita est Dñicus vaquer Cursor.

Medardus Nicolai, pro Magistro Cursorum.

BVLLA AVGMENTI Collegij D. Militũ Lauretanorũ, in prouincia Marchiæ Anconitañ.



PAVLVS EPISCOPVS seruus seruorum dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmiū Bullæ.

Narratio Bullæ erectionis Collegii Militum Lauretanorum.



Decens esse censemus: vt statuta quandoq; varientur humana: nā deus ipse, multa quæ fecerat in veteri testam ēto, mutauit in nouo. Dudum siquidem, imminentibus necessitatibus ducti, pro statu S.R.E. & orthodoxæ fidei, ac libertatis ecclesiasticæ tutela: De venerabilium fratrū nostrorum, dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, et assensu: per alias nostras, sub plumbo expeditas literas, in Prouincia nostra Marchiæ Anconitaň. Vnū Collegium, centum & vnius Militum Lauretanorū, participantium nuncupatorū (qui littorum eiusdem prouinciæ, & præsertim loci, vbi ecclesia Beatæ Mariæ Lauretanæ consistit, custodiam haberent) perpetuo ereximus et instituimus, Volentes, vt ipsum Collegium, vnā in Palatio Curiæ gñalis dictæ prouinciæ, vbi pro diuisionibus emolumentorū, & congregationibus, ac alijs negotijs dicti Collegij, inter eos tractandis: aliam vero in Palatio dictæ Beatæ Mariæ, vbi semel, aut bis in anno conuenire possent, stātias conuenientes haberent: Illasq; eis, intra mensem, liberas & expeditas, assignari & perpetuo manutenteri debere: Ac decernētes Milites ipsos Lauretanos tunc & pro tempore existentes, veros & indubitatos familiares, continuos cōmensales nostros, & Romaň. Pontifi. pro tempore existentis, existere: ac in quibuscunq; apostolicis, & alijs literis, scripturis, & actibus publicis & priuatis, se tales scribere & nominare, & ab alijs nominari posse & debere: ac eo ipso, quo ad officium Militiæ huiusmodi admissi forent: & cuiuslibet eorum, filium primogenitū,

natum vel nasci:urum,nobiles de maiori nobilium genere, & Aulæ Lateranẽ.Comites,cum potestate,per se vel alium seu alios, in genere et in specie,quotiens cuilibet eorum placeret, seu delegados aut deputendos ab eis quoscunq;,qui in iure Canonico, & Ciuili, seu altero eorum, per diligentem examinationem, scientia & moribus, idonei & sufficientes inuenti essent, in vtroq; vel altero iurium hmôi:quos vero, in Theologia, etiam cuiusuis ordinis,etiam mendicantiũ,professores existentes, etiam si alias, superioris consensus requireretur, et habitus vel requisitus nõ foret: seu Artibus, vel Medicina, aut alia licita facultate, studuisset:et similiter, per diligentem examinationẽ duorum aut trium per eos eligendorum Doctorum seu Magistrorũ, facultatis in qua studuissent,coram eis vel aliquo eorum, habendam,ad fidelem, Magistrorum seu Doctorũ eorum, attestationem, eis faciendã, peritos, ac scientia et moribus, ad hoc idoneos & sufficientes esse reperirent: De,eorũdem Doctorũ seu Magistrorum,quoad præmissa omnia,consilio et assensu:in Theologia seu in Artibus vel Medicina, aut alia licita facultate huiusmodi , ad Baccalariatus licentiaturæ,doctoratus & magisterij gradus, promouendi, & illis, in eis legendi, interpretandi, disputandi, et alios actus, ad personas in hmôi gradibus constitutas, quomodolibet pertinentes faciendi, auctoritatem concedendi, & ipsorum graduũ solita insignia eis cõferendi : necnon Iudices ordinarios, ac Notarios & Tabelliones publicos creandi:et creatos , de Iudicatus, Tabellionatus & Notariatus officijs hmôi, per pennam & calamare, vt moris est (recepto prius ab eis solito iuramento) inuestiẽdi: Cum Spurijs, Bastardis, Manseribus, Incestuosis, et alijs, ex quouis illicito et dãnato coitu procreatis, vt in parentũ, et aliorum bonis, tam ex testamento q̃ ab intestato (sine præiudicio venientiũ ab intestato) succedere:& quoscunq; actus legitimos exercere: & ad quosuis honores, dignitates, & officia, publica vel priuata, assumi:illaq; gerere et exercere, in omnibus et per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere & licite valerent, dispensandi:et quibusuis cõstitutionibus et ordi-

nationibus apostolicis, legibusq; Imperialibus, etiam ex illis, quæ, in vsibus feudorum & authenticorum habentur: etiam si de illis mentio specialis habenda foret, quæ haberi posset ad libitum voluntatis: statutis quoq;, & alijs ordinationibus, in contrarium pro tempore editis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quotiens eis placeret, in quauis mundi parte, derogandi: Illosq;, ex eisdem Militibus Lauretanis, qui clerici: in dictæ sedis Notarios: qui vero Laici forent: in auratæ Militiæ milites, ita q; etiam si milites Lauretani participantes esse desinerent: nihilominus Comites Aulæ Lateraneñ. & Notarij dictæ sedis, ac Milites aurati respectiue (sine tamen præiudicio participantium) etiam cum dicto filio primogenito esse non desinerent: eatenus, prout extunc, & econtra, fecimus, creauimus, atq; recepimus: aliorumq;, etiam de maiori nobilium genere: nobilium, & Aulæ Lateraneñ. Comitum & sedis notariorum, ac militiæ prædictorum militum, numero & consortio, fauorabiliter aggregauimus. Et attendentes nonnulla bona, per Laicos, ecclesijs pie erogata, & concessa fuisse: quodq; imposterum, Laici ipsi, ad alia eroganda & concedenda, procliuiores forent, si ecclesiam ipsam, erga se gratam & liberalem, in aliquo esse cognoscerent: cum quolibet ex dictis militibus Lauretanis, pro tẽpore existentibus, tam in prouincia prædicta, q̃ extra eam, etiam in Romañ. Curia residentibus, etiam si mere Laici & coniugati, etiam Bigami, & illegitimi, vel alias quomodolibet incapaces forent: Cum Militibus vero clericis, etiam quascunq; pensiones annuas, super fructibus, redditibus, & prouentibus, quorũcunq; beneficiorum ecclesiasticorũ, vel ipsos fructus, redditus & prouentus, loco pensionum similium, percipientibus, etiam si eos pro tempore coniugatos & Bigamos, fieri contingeret: vt illi, quã-diu officium Militis Lauretani obtineret dũtaxat, quascunq; pensiones annuas, vel fructus, redditus, & prouentus, loco pensionum huiusmodi, Centum Duc. auri de Camera, non excedẽtes, quæ transirent ad successores, in beneficijs, & à decimis subsidijs, & alijs oneribus pro tẽ-

pore impositis, liberæ essent, etiam si ordinaria vel apostolica aut alia au ctoritate, ac sine causa: videlicet, super Monasteriorum, etiam consistorialium, Prioratuum, Præpositurarum, Præpositatuum, & aliorũ quorũcunq; beneficiorum ecclesiasticorum secularium, & quorũuis ordinũ regularium, cum cura, & sine cura, etiam si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus & prębẽdæ, dignitates, etiam maiores, & principales, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitañ. vel Collegiatis ecclesijs, cuiuscunq; annui valoris, redditus, & prouentus forent, pensio, seu pensiones annuæ, nõ tamen vltra tertiam partem fructuum cuiuslibet beneficij, & super quolibet beneficio, etiam vt præfertur qualificato, & vltra summam Centum Duca. similium, in totum pro vno quoq; milite Lauretano, etiam à dicta prouincia absente, etiam si in eadem, nunq̃ fuisset, vel venire cõtingeret, & quolibet officio reseruari, constitui, & assignari posset: et q̃ in dictis literis descripti Milites Lauretani: vnam vel plures pensiones, etiam vltra dictam tertiam, & dimidiam partem habentes, super quibusuis ecclesijs, monasterijs, ac beneficijs prædictis, illas, etiam si matrimonium, etiam cum bigama, contraherent, vsq; ad summam prædictam Centum Ducatorum, & non vltra, retinere & assequi, nulla propterea compositione soluta: & tam ipsi, q̃ eorum in ipsis officijs successores Milites Lauretani, pro tempore existentes huiusmodi, similes pensiones & fructus, vsq; ad summas & quantitates similes, eis reseruatas, consequi & habere, ac eis reseruari facere: illasq;, etiam quoad viuerent, percipere, exigere. & leuare, ac in suos vsus et vtilitatem conuertere, absq; aliqua dispensatione, vel licentia, desuper obtinenda, libere, & licite possent & valerent. Et si Miles Lauretanus etiam, officium Militis S. Petri, & S. Pauli de vrbe, obtineret: quoad pensiones huiusmodi: officium incompatibile non foret, sed vigore cuiuslibet officij: videlicet, Militis Sancti Petri: Centum quinquaginta retinere: & Militis Sancti Pauli: Ducentorũ, assequi & retinere: Ac Militis

Lauretani: Centum Duca. similium, similiter assequi & retinere, posset & valeret, donec & quousque officium prædictum, obtinerent, cū omnibus & singulis indultis, clausulis, & cautelis, in similibus apponi solitis: in euentum non solutionis eorum, etiam pensiones & fructus huiusmodi, in alios quoscunque, per eos nominandos, & eorū fauorem, iuxta eis desuper concessam facultatem, transferendi, ita tamē, quod huiusmodi pēsiones, & fructus percipiētes, Laici Milites, qui in dicta prouincia, aut eadem Romañ. Curia, pro tempore forent, non tamen absentes ab eis, in habitu armatæ Militiæ, viro equiti conuenienti: nos & Romañ. Pōtifices, pro tempore existentes, in expeditionibus Cruciatæ, & Concilijs, absque alio stipendio, cū vno equo, ratione dictæ pensionis, sequi deberent, dispensauimus, eisque ad hoc, plenam & liberam licentiam & facultatem concessimus: Ipsisque Militibus Lauretanis, qui clerici forent, & officium huiusmodi, per biennium continuum obtinerent: vt etiam quascunque pensiones, super quibusuis ex dictis secularibus & regularibus beneficiis, eorūque prouentibus ecclesiasticis, & fructus ecclesiasticos, etiam loco pensionum, eis hactenus & pro tempore quomodolibet assignatos & concessos, & assignandos ac concedendos, non tamen summam & quantitatem Centum Duca. similiū, nec medietatem fructuū, redditiuum, et prouentuum beneficiorum huiusmodi, super quibus dictæ pensiones, seu fructus, reseruati existerēt, etiam si Milites clerici huiusmodi, simul plura ex dictis officiis haberent, excedentes, in dicta, Romana Curia vel extra eam, etiam in mortis articulo, in clericum seu clericos, non coniugatos, per eos eligendos vel nominandos, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & pensiones obtinentes & expectantes, in totum vel in partem, seu partes, etiam coram solis notario, etiam laico, et testibus similibus, etiam sine consensu, eius em pensiones soluere debentium, etiam si illas, alias transferendi facultatē non haberent, regula Cancellariæ, de consensu, in pensionibus requisito, præstando, hactenus et pro tempore edita, et stylo in similibus reseruationibus

uationibus hactenus obseruato, & pro tempore obseruando, nõ obstañ. quandocunq; transferre: ac translationes sic factæ valerent, & debitores, ac eorum successores, ad soluendum illis, in quos dictæ pensiones trãsfererentur, sub excõmunicationis sententia, & priuationis pœna, ac accessibus, regressibus, ingressibus, decretis, & alijs clausulis, in literis pẽsionum pro tempore contentis, omnino tenerentur, etiam perinde, ac si dictæ translationes, per nos de consensu debitorum, & aliorum interesse habentium, cum prædictis, & quibusuis alijs, in literis dictarum pensionum contentis clausulis, quæ in ipsis translationibus haberentur pro repetitis, factæ essent: Ipsisq; Militibus Lauretanis, etiam clericis, Presbyteris, Prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, pro tempore existentibus: vt de quibuscunq; eorum bonis, mobilibus & immobilibus, per eos, tam per ecclesiam seu ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam Hospitalia, vel alia pia loca, cuiusuis etiã priuilegiati ordinis, seu alterius militiæ essent, per eos obtenta & obtinenda, aut alias quomodolibet, ex ingenio & industria suis, seu alias quomodolibet acquisitis & acquirendis, etiam si iuxta felicis recordationis Sixti. IIII. & Iulij Secũdi, et Leonis Decimi, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostras desuper expeditas literas, immobilia bona nõ possiderent, etiam in dicta Romana Curia, & extra eam, testari, & de eis inter eorum vtriusq; sexus liberos, etiam illegitimos, aut alias quascunq;, etiam incapaces personas, quauis incapacitate, disponere, testari, codicillari, & ea etiam inter viuos erogare, concedere, & donare: & testamenta, dispositiones & concessiones huiusmodi, etiam dimisso officio, libere & licite fierent & valerent: plenam & liberam, etiam vltra facultates, per præfatos prædecessores nostros, & nos, Curialibus, & dictam Curiam Romañ. sequentibus, in vrbe ædificantibus, concessas, vsq; ad summam seu valorem Mille Ducatorum auri de Camera, quo ad bona, per ecclesiam acquisita: quo vero ad alia, simpliciter, et vsq; ad omnes eorum facultates, & bona: licentiam & facultatem conces-

simus: necnō illis, ex ipsis, pro tempore existentibus, Militibus, qui illegi timi forent: vt de cætero, in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis, & literis, gratiam & iustitiam concernentibus, per eos, seu eorum nomine, imposterum, à dicta sede vel illius Legatis, etiam ratione dignitatum, etiam Episcopalium, & Metropolitañ. ac Monasteriorum, seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorū quorumcunque, aut alias qualitercunque impetrandis, vel eis, etiam motu proprio, concedendis: de defectu natalium, quem quoquomodo paterentur, ac dispensationibus eis desuper pro tempore concessis, nullam mentionem facere tenerentur: nec propterea impetrationes, concessiones, dispensationes, gratiæ, indulta, & literæ huiusmodi, de surreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu, notari possent, sed validæ, et efficaces existerent: de speciali gratia indulsimus. Eosdemque Milites Lauretanos, pro tempore existentes, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & bona per eos pro tempore obtenta, quorumcunque ordinariorum locorum, & aliarum iurisdictionum potestate, superioritate & dominio, etiam si alias essent Milites Hierosolymitañ. qui exempti sunt à magno magistro suo pro tempore, nisi beneficia religionis, aut super eis, pensiones à sede prædicta haberent, etiam in his omnibus, cum alijs Militibus Lauretanis antedictis, in quibus eiusdem sedis Notarij, etiam de numero participañ. nuncupati, de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti essent & esse censerentur: Necnon à solutione cuiuscunque pedagij, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris, vbique locorum, eximimus & liberauimus, ac iurisdictioni & potestati nostræ, & sedis prædictæ, immediate subiecimus: Insigniaque Collegij dictorum Militum, esse voluimus Imaginem gloriosæ Virginis Lauretañ. ab vna parte, alicuius pendentis aurei, & ab alia, insignia nostra, ad pectus, per quēlibet ex dictis Militibus, & non per alios, gestandi: Ac Militibus Lauretanis, qui insigne hmōi deferrent: vt ensem, & alia arma, in dicta prouincia, et extra eã, quibuscuis prohibitioñ. et bãnimentis nequaquã obstan-

tibus, deferre valerent, pariter indulsimus: Censerētur quoq; ijdem Milites, eorūq; successores, & omni fictione cessante, haberentur, et essent, vt præfertur, familiares nostri et antiqui et descripti, seruato inter eos, ad militiæ huiusmodi officia, receptionis ordine, actu descripti, prout extūc, & econtra, quotiens descriptio ipsa fieret, descripsimus et annotauimus in literis, quibus familiares continui cōmensales nostri, & Cardinaliū, ad Apostolatus apicem assumptorū, qui assumptionis tempore, nostris & illorum respectiue obsequijs, actu institerant, ad effectum præcedendi alios in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorū, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, et earum mutationum, collationum, extēsionum, & reualidationum ducerent acceptanda, describebantur, ac describi & annotari cōsueuerant, immediate, ante penultimum antiquorum familiarium, pro tempore descriptorum, prædictorum, in eisdem literis annotatos & descriptos, ita, vt ipsi, omnibus, & dicto penultimo antiquo descripto citra, absq; tamen dictorum descriptorum, & aliorum, sedis & Curiæ prædictarū, Officialium præiudicio: Dictiq; Milites, literas gratiarum expectatiuarum, quoties eas generaliter concedi contingeret, absq; aliqua signatura desuper obtinenda, in prima earum expeditione, ad duas collationes, & duo beneficia, per eorum quemlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficijs, alias sub eorūdem Militum gratijs expectatiuis, eorumue collationum mutationibus & extensionibus, pro tempore compræhensis, dispositioni apostolicæ, ex quauis causa (præterquā ratione illius vacationis apud sedem prædictam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Romañ. Pontifi. aut cuius tempore vacationis, ad id consensus requirendus foret, alicuius dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis) generaliter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione, aut alias quomodolibet affectum, & cuius beneficij reseruati, fructus, redditus & prouentus Ducentorum Florenorum auri de Camera, secundum communem extimationem, valorem annuum non excederent, expedire: et ipsum beneficiū, sic genera-

liter reseruatum vel affectum, etiam si ipsi Milites, in ipsis gratiarum expectatiuarum literis, vel constitutionibus, siue Regulis Cancellariæ apostolicæ desuper pro tempore editis, specialiter & expresse excluderentur, aut alias, eorum gratia limitaretur: & tam illud, quàm alia quæcunque, cum cura & sine cura secularia & regularia, sub huiusmodi expectatiuis, & illarum mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationum, ac reseruationibus, vnionibus, mandatis, et alijs gratijs, eis pro tempore concessis, comprænhensa beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia, tam in dicta curia præsentes, quàm ab ea absentes, etiã in ipsa curia, per procuratores speciales & generales, in genere, acceptare, et de illis sibi, etiam in genere, prouideri facere, ac illa consequi & habere: ac acceptationes, & prouisiones huiusmodi, ad beneficia particularia, etiam per procuratorem generalem specificare. Notarij quoque inde rogati, iuxta stylum Archiuij dictæ Romanæ Curiæ, super acceptationibus, instrumenta de beneficijs tunc vacantibus, cum pro parte ipsorũ Militum, pro tempore existentium, requisiti forent, conficere possent et deberent: ac acceptationes & prouisiones huiusmodi, validæ & efficaces existerent: Ipsique Milites, ad satisfaciendũ constitutionibus, de publicandis acceptationibus & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, editis & pro tempore edendis, minime tenerentur: ac omnibus et singulis priuilegijs, antelationum prærogatiuis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, cõcessionibus, et indultis, quoad expectatiuos huiusmodi, alijs familiaribus nostris continuis cõmensalibus, etiã antiquis et descriptis, et literarũ apostolicarũ Scriptoribus, & Cubicularijs nostris, & pro tempore existentis Romanĩ. Pontificis, quomodolibet concessis & concedendis, non ad instar, sed pariformiter & æque principaliter, sine vlla differentia, prout ipsi antiqui & descripti familiares, & Scriptores, ac Cubicularij, vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri, et gaudere possent, quomodolibet in futurum (sine tamen eorum præiudicio) vterentur, potirentur,

& gauderent. Ac voluimus, q dicti Milites Lauretani, qui pro tempore forent: de eorum officijs, siue locis & emolumentis, quæ cum quibusuis alijs dictæ Romanæ Curiæ officijs, compatibilia existerent, et per quoscunq;, nedum vnum, sed plura, simul vel successiue, etiam vltra decem, obtineri valerent, ac per solam signaturam concedi deberent, disponere, & illa, in nostris & dictorum successorum, seu Legati aut Vicelegati, seu Gubernatoris dictæ prouinciæ, pro tempore existentis, quando ipsis Militibus Lauretanis placeret, et in fauorem personarum, per ipsos nominandarum, instar officiorum dictæ Curiæ, resignare libere et licite valerent: ac resignationes huiusmodi, validæ & efficaces existerent, & suos effectus sortiri deberent: Ac pro signatura concessionis singulorum officiorum, siue locorum huiusmodi, per resignationem pro tempore vacantium: Vigintiquinq; Florenos auri de Camera, in eadem Romana Curia, Datario: & in prouincia prædicta, illius Thesaurario soluerent, ita tamen, q milites tunc nominati, et in expeditione, vel post expeditionem dictarum literarum nominandi, & in libro Collegij huiusmodi annotandi, vsq; ad numerum Centū et vnius huiusmodi duntaxat, tunc descripti: videlicet, & alij postea nominandi, infra sex menses, à die, qua quilibet eorum, precium officij militis huiusmodi, exbursaret, deputandos duntaxat, & non vltra ipsum officium, in quorumuis fauorem, in manibus nostris, et pro tempore existentis Romañ. Pontificis, nulla compositione seu admissione solutis, nec consensu alibi præstando requisitis, pro vna vice duntaxat, infra dictos sex menses dimittere: & supplicationes admissionum, resignationum, et concessionum huiusmodi, per solam signaturam, etiam sine registratura, expediri, & partibus consignari deberent et valerent: ac personæ in quas dictæ dimissiones, infra dictos sex menses, vt præfertur, fierent: gratis, & absq; aliqua admissionis solutione, recipi & admitti deberent: Necnon Collegium militum huiusmodi, Collegialia iura, & insignia, & auctoritatem, licentiamq;, statuta & ordinationes, co-

rum statum tranquillum & prosperum concernentia, condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videretur in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaq; sub pecuniarijs, eidem Collegio applicandis, & alijs etiam suspensionis, à perceptione emolumentorum distribuendorum, arbitrio dicti Collegij, pœnis, per deputandos per ipsum Collegium, exigendis, obseruari faciendi: licentiam & facultatem tribuimus, & elargiti fuimus. Eisdemq; Militibus Lauretanis pro tempore existentibus: vt singulæ, pro eorum quolibet, literæ apostolicæ, etiam sub plumbo, super omnibus & singulis expectatiuis, ac earum extensionibus, ampliationibus, & alijs, eis, per præsentes, concessis gratijs, etiam per Cameram, & Cancellariam apostolicam: necnon quascunq; expeditiones literarum, in Cancellaria dictæ prouinciæ, gratis expediri possent, indulsimus: Ac eis partem armorum nostrorum, videlicet Lilia, cum vel sine cuiuslibet eorum propriis armis, si ea haberent, libere & licite ponenda, in veræ nobilitatis signum, assignauimus: & etiam insignia huiusmodi non deferēdo: nobilitate prædicta non carerent: Ac præfatos Milites Lauretanos, alios quoscunq;, etiam Sancti Petri, & Sancti Pauli (non tamen participantes) etiam Regum, Principum, ac ordinum eorūdem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumuis militiarum, & quorumcunq; ordinū, & Hospitalium, ac etiam Sancti Ioannis Hierosolymitañ. Milites, & fratres, in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore Romañ. Pontifice, & in quibusuis locis, præcedere, & quando nos, et Romañ. Pontifices, sub Baldachino præcederint: Baldachinum huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis, ad id non sufficientibus, cum eis tamen præcedentibus, deferre: Q̄ d q; Milites Lauretani huiusmodi, & eorum successores, ab omni iocalium nuncupatorū, et aliorum quorumcūq; iurium, in dicta Camera, ratione officiorum Militum Lauretanorum huiusmodi ipsis tunc & pro tempore concessorū, solutione & præstatione, omnino essent liberi et exēpti, & clerici, ad apo-

ſtolici Notariatus officium, pro tempore aſſumpti: ad geſtandum Notariatus huiuſmodi habitũ, non tenerentur: & qui illum habere vellent: à, pro tẽpore exiſtentibus, Collegii dictorũ Militum defenſoribus, reciperent: & in eorũ vel alicuius eorum manibus, ſolitum præſtarent iuramentum: Liceretq; defenſoribus, ipſius Collegii nomine, & ſub cõmuni ipſius ſigillo, Proceſſus ſuper officio dicti Notariatus dũtaxat, in ea forma, quam Executores in literis apoſtolicis, ad exhibendũ inſignia Notariatus huiuſmodi pro tẽpore deputati, dare conſueuerant, dare: ac Proceſſus, aut exemptiones, pro dictis Notariis, per Cameram huiuſmodi expediri ſolitos, à dicta Camera, iuxta morem ſolitum, recipere, & pro eorũ ſingulis, cum illos habere vellent, Iulios Viginti duos dũtaxat, etiam cõputatis iocalibus, & Camerarii ſigillo, & non vltra, prædictæ Cameræ perſoluere tenerentur. Cæterum, cum prædicti Milites Lauretani, Quinquaginta mille, & quingentos Ducatos auri de Camera huiuſmodi, pro noſtris & prædictæ eccleſiæ neceſſitatibus ſubleuandis, & pro infraſcriptorũ eis aſſignatorũ prouentuum precio ſeu recompenſa, de propriis eorũ bonis obtuliſſent, & in pecunia numerata, nobis cũ effectu perſoluere intenderent: iuſtũq; eſſet, & æquitati conueniret, vt eorũdem Militum vitæ adiumento, & indẽnitatibus, taliter conſuleretur, q̃ ex bono & charitatiuo officio, quo in hoc, erga nos, & dictam Romañ. eccleſiã, iuxta ſolutionem faciendã, vt ſupra, perfuncti fuerant, nullo vnquã tempore ipſi, eorũue ſucceſſores, iacturam aut detrimentũ ſuſtinerent: De conſilio, & aſſenſu, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſupradictis: eiſdẽ Militibus Lauretanis, eorũq; in militiæ officiis huiuſmodi ſucceſſoribus, in perpetuum, annuũ redditũ Sex Millium & . L X. Ducatorum auri de Camera ſimilium, eis, per modernum, ac pro tempore exiſtentem, Theſaurariæ Prouinciæ Marchiæ huiuſmodi, Conductorem vel Adminiſtratorem, ex quibuſuis dictæ Theſaurariæ, etiã pœnarũ maleficiorum, & tractarũ frumentorũ, per mare vel per terram: Necnon Cancellariæ eiuſdẽ Prouinciæ, ac ratæ ſubſidii

CCC. Millium Scutorum, dictam Prouinciam tangentis, nouissime im posi i, eo durante: & si illud cessare contingeret, augmenti precij Salis, et quorumcunque aliorum subsidiorum extraordinariorum, per sedem prædictam, quomodolibet in dicta Prouincia exigẽdorum, pecunijs: Necnon quibusuis alijs introitibus, ordinarijs vel extraordinarijs, singulo mense, ratam, integre et sine aliqua retentione, persoluẽdis, perpetuo vẽdidimus, tradidimus, concessimus, et assignauimus. Et vt assignamentum huiusmodi (omni difficultate impedimentoque cessantibus) suum, vt par erat, plenum sortiretur effectum: extunc, quæcunque salaria, prouisiones et emolumenta, ordinaria et extraordinaria, Legato Marchiæ, siue eius Vicelegato, aut Gubernatori pro tempore existentibus, ac quibusuis aliis prouisionatis, super introitibus dictæ Thesaurariæ assignata, seu per Legatos, Vicelegatos, aut Gubernatores, ac prouisionatos huiusmodi de iure, statuto, consuetudine, priuilegio, concessione, gratia, vel alias percipi solita, extinximus: & ab eis, eorumque officijs & personis, ac iuribus, pro dicta summa Sex Millium, & Sexaginta Ducatorum tantum, in totum abdicauimus, & Cameræ apostolicæ præfatæ applicauimus et appropriauimus, ita quod ex illis, ac prædictis, & quibusuis alijs eiusdẽ Thesaurariæ introitibus, ordinarijs & extraordinarijs quibuscunque, dictam summam annuam Sex Millium, & Sexaginta Ducatorum auri in auro de Camera, pro rata, singulo mense persoluen. Collegium Militum Lauretanorum huiusmodi, integre omnino perciperet. Et ne Legati, Vicelegati, seu Gubernatores, pro tempore existentes, ac prouisionati huiusmodi, sine emolumentis, ac salarijs, remanerent, ac ex præmissis, dispendium paterentur: extunc, eis tantum, super nouo subsidio prædicto, quod dicta Prouincia, eidem Cameræ soluit annuatim: et illo deficiente, super augmento precii Salis prædicto, quantum ad eorum satisfactionem deesset: ex causa abdicationis & applicationis huiusmodi, assignauimus, & per illos, ad quos spectaret, solui mandauimus: Decernentes, nullo tempore, nullaue causa, assignamentum huiusmodi,

Militibus

Militibus prædictis impediri posse, vel debere, etiã si Legatus, Vicelegatus, Gubernator, aut prouisionati huiusmodi, eorũ salaria, prouisiones, & emolumenta, minime consequi possent: Et in omnẽ euentum, etiam si subsidium huiusmodi cessaret: nullatenus Legati, Vicelegati, Gubernatores, aut prouisionati huiusmodi, ad eorum solita emolumenta, salaria, seu prouisiones, redire possent: sed Thesaurarius apostolicus generalis, pro tempore existens, eis, super alijs redditibus dictæ Cameræ, opportune prouidere teneretur & deberet. Et vt facilius iura ipsius Collegij conseruarentur, & vt præmissa omnino sortirentur effectum: volumus, quod Thesaurarius generalis pro tempore existẽs præfatus: Collegij huiusmodi assignamenta, & iura quæcunque, defendere, ac si nostræ & dictæ sedis essent, in dicta Camera & vbique teneretur & deberet. Q uod quod dilectus filius Bindus de Altouitis Mercator Florentin. Roman. Curiam sequens, modernus dictæ Prouinciæ Thesaurarius, tunc, eiusque successores, Thesaurariã Prouinciæ prædictæ, in appaltum, administrationẽ, vel alias quomodolibet obtenturi: antequam Thesaurariæ prædictæ possessionẽ caperent, seu in illa, se quoquomodo immiscerent: libere etiam, proprijs nominibus, se Collegio Militum huiusmodi, obligare, ac de soluendo ipsi Collegio summã Sex Millium & Sexaginta Ducat. auri de Camera huiusmodi, annuatim, & singulo mense, ratam promittere deberent: & alias ad officium Thesaurariæ huiusmodi, illiusque exercitium, admitti nullatenus possent neque deberent: & appaltus, administratio, vel concessio, dictæ Thesaurariæ: ad quoscunque, cum hoc onere transiret, ita quod etiam, si obligatio & promissio huiusmodi factæ non forent: vere tamen, & non fictæ, factæ intelligerentur. Et nihilominus, ad abundantem cautelam: Thesaurariam prædictam illiusque introitus, ordinarios & extraordinarios, ac iura et actiones quæcunque, præsentia & futura, necnon ratam dicti subsidij, & augmentũ precij Salis, ac quodcũque aliud subsidium, vel onus quocunque nomine nũcupatum, dictæ prouinciæ imponendũ, pro annua sum-

F

ma Sex Millium & Sexaginta Duc. huiusmodi tantũ, integre persoluẽ da, eisdem Collegio & personis insolidum, specialiter & expresse, obligauimus & hypothecauimus, volentes quod si Thesaurariæ huiusmodi Conductores vel administratores, vt præmittitur se non obligarent, vel Milites præfatos, cautos non facerent, aut per tres menses à solutione assignamenti cessarent: liceret eisdem Collegio, Thesaurariæ introituũ, ac iurium huiusmodi, possessionem corporalẽ, propria auctoritate, etiam absque alio iuris seu iudicis ministerio, apprehendere: ac Thesaurariæ administratores, collectores, & ministros quoscunque, propria auctoritate, expellere, sine aliquo spolij vitio, & sibi ipsis satisfacere, & Thesaurariam retinere, donec eis esset integre satisfactum, ac sufficienter cautum de eorum assignamento huiusmodi, extunc in futurum soluẽdo. Et insuper, cuilibet ex dictis Militibus Lauretanis, quolibet anno, quo tractæ frumentorum apertæ forent: pro singulis officijs Militum huiusmodi, per eum obtentis, etiam si vnus, plura ex dictis officijs obtineret: tractam Quinquaginta salmarum frumenti, per mare vel per terram, ab omni tractæ passus, resignæ, gabellæ, & buletini solutione, et quocunque alio onere, ordinario vel extraordinario, imposito vel imponendo: francam, liberam & exẽptam concessimus: & si contingeret tractas dictæ Prouinciæ claudi: illico, quod dicta tracta aperiretur, vel aliqua gratia, alicui quomodolibet, super dicta tracta, concederetur: Milites prædicti, dictam quantitatẽ frumenti, gratis, vt præfertur, Thesaurarij, Legati, Vicelegati, seu Gubernatoris dictæ Prouinciæ, vel alterius cuiusuis licentia minime requisita, extrahere possent. Voluimusque, quod emolumenta, & pecuniarum summæ, vel annui redditus prædicti, dicto Collegio assignata, à Calen. mensis Maij, tunc proxime præteriti, inciperent, & inter Milites, qui infra describerentur, diuidi possent: & in futurum continuando, inter eos, iuxta eorũ ordinationes, distribuerentur. Quodque subsidij, seu onerum prædictorum, pro tempore Collectores, siue Thesaurarij, seu Vicethesaurarij dictæ Prouinciæ forent,

fiu: non: pro annua summa Sex Millium, & Sexaginta Duc. huiusmo di: eisdē Collegio, & Militibus, se nostro & Cameræ præfatæ nomine, obligare, & in euentum in quē Milites ipsi, super solutione subsidii huiusmodi, satisfieri vellent: summā ipsam Sex Millium, & Sexaginta Duca. integre, omni mora postposita, soluere tenerentur: Ipsiq; Milites, nunc ad Thesaurariam, nunc ad subsidium, totiens quotiens eis placeret, pro eorum emolumentis prædictis, vsq; ad eorum integram satisfactionem, recurrere possent & valerent: ac ad probandum dictos Quinquaginta millia, & Quingentos Ducat. in necessariam vel euidentē vtilitatem ecclesiæ, & sedis earūdem, conuersos fuisse, minime tenerentur: ac in euentum in quem Collegiū Militum Lauretanorū huiusmodi, ex aliqua ratione vel causa, seu casu, etiam inexcogitato, in totum vel partem, per nos & successores nostros præfatos, extingui, seu reuocari, aut ipsos Milites, quominus iura & emolumenta eis assignata prædicta, integre, libereq; perciperent quomodolibet, etiam casu fortuito, vel alias, etiam totalē defectionē vel cessationē ipsorum introituum, inducente, impedri seu diminui, vel aliter, q̄ per nos, ordinabatur & instituebatur, contra earūdem literarum tenorem, confundi, vel alterari contigeret: etiam nos, & successores nostros, ac Camerā apostolicam prædictos, ac ipsius Cameræ spiritualia & tēporalia, omnia & singula, ac etiā in specie iocalia, & alia bona, mobilia & immobilia nostra, & Romaň. Pontificū pro tempore existentium prædictorū, ad restituēdum ipsis Militibus, supradictam integram Quinquaginta millium, & Quingentorum Ducatorum summā, per eos & eorum singulos, vt præmittitur, persolutam, obligauimus, & hypothecauimus: quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa, computari deberent, seu possent in sortem: iura & emolumenta, per eos interim percepta, in toto vel in parte, sed illa, tanquā iusto & legitimo titulo, ac bona fide, lucrarētur, acquirerent, & retinerent, nec ad illa restituendum, vel cum sorte prædicta compensandum, modo aliquo, cogi vel compelli possent, neq;

deberent: ac literis prædictis, quas veri contractus, & obligationis, inter nos, & sedem præfatam, ac dictam Cameram, ex vna, & milites ipsos, ex altera partibus, legitime initi, & stipulati, vim & robur obtinere decreuimus, per quascunque literas, & gratias, per nos, & dictos successores nostros, desuper emanandas, & concedendas, derogari: clausulamque, cum eorum, vel earum seu dictarum literarum, derogatione, latissime extendendam: ac quod eædem literæ, earumque tenores, pro expressis haberentur in quibusuis supplicationibus & contractibus, inter & per nos, & successores nostros, et Cameram, ac appaltatores, ac alios locatores, & conductores prædictos, ac alias quascunque personas, pro tempore signatis & initis appositam, aliquid penitus operari: & illius vigore in literis apostolicis, super ipsis obligationibus conficiendis, quicquam, vltra quam in supplicationibus huiusmodi, specifice esset expressum, narrari non posset: Sicque, per modernos, & pro tempore existentes eiusdem Roman. Ecclesiæ Camerarium, & dictæ Cameræ Clericos, et Præsidentes præfatos, ac alios quoscunque iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, & præfatæ Roman. Ecclesiæ Cardinales, in quibuscunque causis, super præmissis, vel eorum aliquo, pro tempore motis, iudicari & diffiniri, ac sententiari debere: Sublata eis, & eorum singulis, quauis aliter faciendi & iudicandi omnimoda facultate & auctoritate: necnon irritum & inane, quicquid secus super his, vel eorum aliquo, per eos & alios quoscunque, quauis auctoritate, etiam per nos, & successores nostros præfatos, scienter vel ignoranter, contingeret attentari, etiam decernimus & declarauimus: eisdemque Camerario Præsidentibus, & Clericis, tunc & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis alijs, ad quos id quomodolibet spectabat, & in futurum spectaret: vt summam Quinquaginta millium & Quingentorum Ducatorum huiusmodi, gratis, ad ordinarium introitum dictæ Cameræ, ponerent & describerent: Scripturasque necessarias & opportunas, & obligationes, desuper conficerent, Contractum, per nos sic cele-

bratum, & bonam fidem nostram recognoscentes & sequentes, facerent, eisdem Militibus super praemissis et eorum plena inuiolabili obseruatione, quodcunque publicum instrumentum obligatorium bonorū, spiritualium & temporalium Romaň. Eccle. & Camerae praedictarum, ad ipsorum Militum Lauretanorū requisitionem, prout etiā nos fecimus per easdem literas: & in aliquem ex dictis euentibus, absque alterius declarationis seu mandati expectatione, de praemissis, debitam et integram eis satisfactionem impenderent, praecepimus & mandauimus. Voluimusque, quod Generalis Curiae causarum Camerae apostolicae praefatae Auditor, ac vniuersi & singuli alij moderni, & pro tempore existentes, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate ecclesiastica constituti, in dicta curia, & extra eam residentes, ac per Collegium Militum Lauretanorū huiusmodi, & eorū singulos eligendi, & eorum singuli, per se, vel alium, seu alios, auctoritate nostra, dictis Militibus, in praemissis, efficacis assisterent praesidio defensionis: facerentque eos, & eorum singulos, eorūque filios (quoties pro ipsorū parte super hoc forent requisiti) omnibus & singulis praedictis, pacifice frui & gaudere, non permittentes eos, per quoscunque desuper quomodolibet indebite molestari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeeminentiae forent, per easdem censuras ecclesiasticas, & pecuniarias poenas, aliaque iuris & facti, quaeuis opportuna remedia, appellatione omnino postposita, compescendo. Non obstaň. Lateraneň. Concilij, nouissime celebrati, tam super habitu, per nostros & dictae sedis Notarios, sub poenis inibi expressis gestando, quam bonis Ecclesiae Romaň. & sedis earūdem non alienandis: ac etiam Sanctae memoriae Simachi, Non liceat Papae, & Innocentij Papae Quarti, Volentes incipientibus: ac Pauli. II. & aliorū Romaň. Pontificū, etiam praedecessorum nostrorū, contra exemptos, editis: & praedictis, ac alijs, etiam de non acceptandis, vigore gratiarū expectatiuarū beneficijs, dispositiōi apostolicae generaliter re-

seruatis, ac in fauorem ordinariorum, & alijs nostris, & Cancellariæ huiusmodi, pro tempore editis regulis, & alijs apostolicis, ac in Prouincialibus & synodalibus Concilijs, editis generalibus, & specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, Cantorũ, Capellanorum, et Abbreuiatorũ, etiam de maiori parco, & Scriptorum, ac Cubiculariorum prædictorũ, & aliorum sedis & Cameræ huiusmodi, officialium Collegijs, eorũq; personis, per nos, vel quoscunq; prædecessores nostros, etiam vim contractus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis, etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq;, & alijs declarationibus, & decretis, etiã talibus, q̃ illis nullatenus, vel nisi de eorum, quorum interesset, expresso consensu, & dictorũ fratrũ nostrorum consilio, etiam consistorialiter habito, alijsq; modis & formis, ibi traditis, vsquequaq; seruatis, derogari posset, etiã si inter alia caueretur expresse, q̃ si eis derogari cõtingeret: derogatio huiusmodi non valeret, nisi talis intẽtio derogãdi, aliquibus personis tunc expressis, per diuersas in forma breuis literas, cum interuallo vnius Mensis, seu alterius temporis, eis præsentata prius ac intimata & insinuata foret: Necnõ dictis Clericis, & Præsidentibus Cameræ, ac Fisco nostro, concessis et concedendis, & legibus Imperialibus, quibus cauetur, in alienatione rerum fiscalium, certam et exquisitam formã, cum interuallo temporis, et candela accensa, seruandam fore, alias contractus sint nulli et inualidi, et recipiens ad restitutionẽ, vna cum fructibus teneretur. Quibus omnibus, illorum tenores, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ea vice, & ad effectũ omnium præmissorum, illarũ serie, specialiter & expresse derogauimus: cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Vt autem eædẽ literæ, ad notitiam omnium deducerentur, ac per omnes inuiolabiliter deberent obseruari: voluimus, q̃ illi, in eadem Cancellaria apostolica, & Audientia literarum cõtra-

dictarum nostrarum, ac in acie Plateæ Maceratẽ. ac Valuis Beatæ Mariæ Lauretañ. affigi & publicari deberent, vt ij, quos ipsæ literæ concernerent, seu concernere possent quomodolibet in futurũ, q ad ipsorum notitiam non peruenirent, vel illas ignorarent, quominus eos arctarent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent: nullã possent excusatioñe prætendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile forsan erat, earũdem literarum notitiam, ad quascunq; personas peruenire, et vbiq; illas præsentare: eadẽ apostolica auctoritate volumus et decreuimus, q transũptis dictarũ literarũ, etiã per impressionẽ factis, manu alicuius defensoris pro tẽpore dicti Collegij dictorum Militum Lauretanorum, subscriptis, & sigillo Camerarij nostri præfati, necnon eiusdem Collegij sigillatis, queadmodum eisdem literis nostris originalibus adhiberetur, si præsentarentur: vbiq; adhiberetur, tam in iudicio, q̃ extra illud, plena et indubitata fides. Cum autẽ (sicut accepimus) nonnulli in dictis nostris literis descripti: dictam Romañ. Curiã sequantur: & ex causis in eisdem literis narratis, expediat Collegium Militum Lauretanorũ huiusmodi augeri: Habita desuper, cum venerabilibus fratribus nostris. S.R.E. Cardinalibus, deliberatione matura, ac de illorum consilio, necnon Collegij Militum Lauretanorũ huiusmodi consensu. Ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium, quas vim initi & stipulati contractus, inter nos, & dictam sedem apostolicam ex vna, ac dictum Collegium Militum Lauretanorum, partibus ex altera, habere volumus ac decernimus: Ex prouentibus Ciuitatis nostræ Anconitañ. videlicet datijs, Dohana, & subsidio nouissime imposito, necnon quibusuis aliis introitibus, ordinarijs & extraordinarijs, præsentibus & futuris, ad dictam Camerã apostolicam spectantibus: Sũmam triũ Milliũ Duca. auri in auro de Camera, ab omnibus restauris, defalcationibus, remissiõibus, et quibuscunq; ordinarijs vel extraordinariis oneribus, ex quacunq;, etiam inexcogitabili causa, liberam, immunem, et exemptã, quam à prouentibus Ciuitatis prædictæ seperamus & abdicamus, & Collegio

Causa augmenti Quinquaginta Militum Lauretanorum.

prædicto, eiusq; personis, vltra summam Sex Millium, & Sexaginta Ducatorũ similium, eis, vt præfertur, applicatam & assignatam, pro Quinquaginta alijs Militibus infrascriptis, quĩ eodẽ modo, quo alij Centum & vnus Milites, in superioribus nostris literis descripti, nobis et dictæ sedi, in prompta & numerata pecunia, Summam. XXV. Millium Duc. similium, exbursarunt: perpetuò vendimus, damus, applicamus, appropriamus, & incorporamus: Necnon Collegio prædicto, etiã ante Gubernatoris, & Castellani Arcis eiusdem Ciuitatis Anconitañ. necnon Fabricæ, et quascũq; alias prouisiones, seu solutiones ordinarias, & quantũcunq; necessarias, extrahi, & per depositarium, seu exactorem, administratorem, vel appaltatorem prouentuũ prædictorum, annuatim & singulo mense, ratam, perpetuò, et sine aliqua retentione, sub prædictis, vel diminutionis precii prouentuum, ex quacunq; causa, aut quouis casu, vt præfertur, aut aliis quibuscunq; prætextibus, etiam de necessitate exprimendis, quos præsentibus haberi volumus pro sufficienter exppessis, integre persolui volumus ac mandamus. Quidq; modernus, et pro tempore existens Conductor siue administrator prouentuũ huiusmodi, ad soluendum Summam prædictam Trium Millium Duca. eidem Collegio, vt præfertur, annuatim, et singulo mense, ratam principaliter et insolidum, ac eisdem modo et forma, quibus Thesaurarius Marchiæ se obligare, et alia facere, iuxta formam literarum nostrarũ prædict. pro summa Sex Millium, et Sexaginta Ducatorum similium, pro cautela et securitate dicti Collegii tenetur, se obligare et facere teneatur. Nos .n. vt eo facilius, et omni sublato impedimẽto, ter Mille Duc. huiusmodi, annuatim, et rata, singulis mensibus, vt præfertur, Collegio prædicto, persoluatur: prouisiones, solutiones, et assignamenta quæcũq;, super prouentibus dictæ Ciuitatis Anconitañ. illius Gubernatori, Castellano, et Fabricæ, vel quibusuis aliis, data, atq; concessa, ab illis abdicamus. Et si contingeret, solutis annuatim tribus Millibus Duca. hmõi, eidem Collegio, de residuo prouentuum dictæ Ciuitatis Anconitañ. Gubernatori,

tori,

tori, Castellano, Fabricæ, & quibusuis alijs, in toto vel in parte, satisfi-
ri non possetad Datia, Dobanam, subsidiũ, & alios prouentus prædi-
ctos, dicto Collegio assignat. redire nulletenus possint, donec et quousq;
Collegio prædicto, fueru integre satisfactũ: sed Thesaurarius noster Ge-
neralis, & Camera apostolica præfati, siue ex introitibus et subsidio
Prouinciæ Marchiæ, siue ex alijs dictæ Cameræ introitibus, satisfacere
debeant: & prouentus prædicti, pro Summa Trium Millium Ducato-
rũ huiusmodi, à Caleñ. Februarij proxime futuris, eidem Collegio effi
caciter obligati existant, & esse censeantur. Ac volumus, ꝙ Quin
quaginta Milites inferius descripti, eorũq; in officijs successores: literis,
erectionis dicti Collegij, nostris prædictis, quas, ac omnia et singula in
eis cõtenta, illarum veriorem tenorẽ, præsentibus pro expresso habẽtes;
per pñtes confirmamus, & approbamus, & innouamus: omnibusq; et
singulis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exẽptionibus,
concessionibus, gratijs, & indultis, Collegio prædicto, illiusq; personis,
per dictas literas, vel alias quõlibet concessis, confirmatis, et innouatis,
ac quibus vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere po-
terunt quomodolibet in futurum, perinde ac si ipsi, sub dictis literis
cõpræhensi & descripti fuissent, vti, potiri, & gaudere, libere et licite
possint ac debeant: quinimmo, Collegio Militũ Lauretanorũ hmõi, aggre
gati sint, & esse censeantur, nec inter priores & posteriores Milites
hmõi, aliqua differentia, ẽt verbalis existat, sed tam priores ꝙ posterio
res milites hmõi, pari processu ambulent, tam in Sex Milliũ & Sexa-
ginta primo, ꝙ trium Milliũ Duc. prædictorũ, nunc eidem Collegio assi
gnatorũ, ex actione et distributione, ita ꝙ summæ prædictæ sic exactæ
in vnã massam reductæ, habita consyderatione tpe electionis, et augmen
ti Collegij hmõi, æquis portionibus, diuidi debeant: & tam priores, ꝙ po-
steriores Milites hmõi, eorũq; in officijs successores: vnũ corpus, vni-
cũq; Collegiũ dũtaxat, inter se faciant & cõstituant, perpetuo statui-
mus, et ordinamus: ac Collegiũ Militũ Lauretanorũ hmõi, in locũ dictæ

Cameræ, & ab ipsa causa habentium, quoad dictā Summā trium Millium Ducatorū liberorū, immuniū, et exēptorū, vt præfertur, per ipsos, vel ab eis deputandos, tam priorū, quæ pñtium literarū vigore, habendā, exigendā, & leuandam, ac illam qūolibet concernentia, quoad omnia ponimus & surrogamus, positosq́ substitutos & surrogatos esse, ac Collegiū ipsum, eiusq́ personas & assignamenta, ac iura quæcunq́, eis, vt præfertur, dicta, atq́ concessa, per nos vel sedem, aut Cameram, vel successores nostros Romañ. Pontifices præfatos, modo aliquo, minime perturbari, impediri, vel inquietari, nullatenus posse: Necnō pro abundātiori Collegij prædicti, tam pro prioribus, q̄ posterioribus Militibus, ac Sex Milliū, & Sexaginta, necnon triū Milliū Ducatorū prædictorū assignamentis hmōi, perpetua securitate, vltra alias obligationes, & cautelas in prioribus, ac pñtibus literis nostris expressas, quas per præsentes nouari, aut alterari nullatenus, sed in suo robore permanere, et infrascripta, illis addi, & cumulari volumus & intendimus Collegio prædicto, Thesaurariam Marchiæ, necnō Da:ia, & Dobanā, ac subsidium Ciuitatis Anconitañ. prædictæ, oēsq́ eius redditus, ordinarios et extraordinarios, ac quæcunq́ onera, seu impositiones, in illa exigeñ. ēt pro dicta Summa triū Millium Ducatorū, necnō quæcūq́ alia, Cameræ et sedis prædictorū bona, mobilia & immobilia, spūalia, et tēporalia, ēt si talia sint, quæ in obligatione gñali, non cōpræhendūtur, spāliter & expresse perpetuoq́, prout obligamus, & hypothecamus, obligata & hypothecata esse censeri, ac aliquē, ad probandū, q̄ pecuniæ exbursatæ prædictæ, vel aliqua earū pars, in vtilitatē, aut necessitatem Romañ. Ecclesiæ aut sedis seu Cameræ prædictarū, conuersæ sint, minime teneri aut obligatum esse. Sicq́ in præmissis omnibus & singulis, per quoscunq́, etiam. S. R. E. Cardinales, iudices, & personas, & quacunq́, tam ordinaria, q̄ delegata, & mixta auctoritate fungentes, Sublata quauis aliter iudicandi & diffiniri debere, necnon irritum & inane, quicquid secus, super his, a quoq́, etiam per nos & sedem prædictam, attentatū

forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari, decernimus, et declaramus: Non obstañ prætermissis, ac omnibus alijs quæ in electione dicti Collegij, literis nostris prædictis, voluimus non obstare: cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autẽ, q̃ pñtiũ literarũ transumptis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo eiusdem Collegij, vel alicuius ipsius defensoris, pro tempore existentis, munitis: eadem prorsus, tam in iudicio, q̃ extra, vbiq; fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

¶NOMINA vero Militum hmõi, sunt quæ sequũtur, Videlicet. Alexander Sfortia, & Paulus etiam Sfortia, ex Comitibus de Sancta Flora, ac Antonius la Lata clericus Parmeñ. et Hieronymus de la Bella clericus Nouarieñ. Antonius Dominici Margaretti Anconitañ. Petrus Triumphus Anconitanus. Franciscus Sete de Modauio. Rinaldus Malfettus Laicus Bergomeñ. Angelus Cosolinus Anconitanus. Gregorius Maxilla de Sancto Genesio. Petrus Augustinus de Cerreto. Alexander Sinibaldus Auximanus. Marianus Parisianus Asculañ. Virgilius Mucciarella Asculañ. Simon Petri venantij de Gentilonis de Monte Filatrano. Thomas Francisci Lanæ Recanateñ. Ioannes Antonius Dalmorus Asculañ. Ioannes Franciscus Hieronymi Mucciarella Asculañ. Franciscus Angelicus de Sancto Angelo. Camillus Costa iterum Macerateñ. Simon Rinnucinus Florentinus. Bernardus Melende de Geneura. Angelellus Antonii Recanateñ. Hieronymus Francus Veroneñ. Bonifatius Picacius de Amandula. Fortunatus Galeottus de Amandula. Flaminius de Rubeis de Penna. Isolerius Regius de Amandula. Alphõsus Pompei Asculañ. Ianus Vitalis Panormitanus. Andreas Benincasa Anconitañ. Ioannes Pellicanus Macerateñ. Simon Rinnucinus Florentinus, pro altero. Fioroauantus Regius de Amandula. Ioannes Andreas Fata, de Corinalto, pro quatuor. Gregorius Philippinus, de Monte Vlmi. Hieronymus Ciccolinus Macerateñ. Iciuianus Roberti, de Murro Vallium. Ghisilinus Danckerts, de Tholnis, Leodieñ. dioc. Cantor

noster. Antonius de Viglegas Burgeñ. Georgius Gianmañ. Rauseus. Petrus Lamberti clericus Nouiomeñ. dioc. Nicolaus Robert le Dandonier, clericus Virduneñ. dioc. Lucas Brancadorus clericus Firmanus. Vlixes Cannetulus Bononieñ. Iulius Mignianellus, clericus Romanus. Laurentius de Anticis Recanateñ.

¶NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ separationis, abdicationis, venditionis, dationis, applicationis, appropriationis, incorporationis, mandati, confirmationis, approbationis, innouationis, statuti, ordinationis, positionis, surrogationis, intentionis, obligationis, hypothecationis, declarationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ. Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. Caleñ. Martij. Pontificatus nostri, Anno Duodecimo.

✠ Ego Paulus, Catholicæ Ecclesiæ Eps, subscripsi,



Episcopi Cardinales.

✠ Ego Io. Do. Eps Cardinalis Ostien. subscripsi.
✠ Ego Io. Eps Sabinensis Card. de Saluiatis. subscripsi.
✠ Ego Philip. Card. de Bolonia Eps Tusculanen. subscripsi.
✠

Presbyteri Cardinales.

✠ Ego Ia. Card. Sadoletus. subscripsi.
✠ Ego R. Cardinalis de Carpo. subscripsi.
✠
✠ Ego P. Cardinalis Bembus subscripsi.
✠ Ego V. Cardinalis de Gambara. subscripsi.
✠ Ego A. Card. Arimineñ. subscripsi.
✠ Ego B. Cardinalis Guidicionus. subscripsi.
✠ Ego M. Card. Visēn. manu mea. subscripsi.
✠ Ego Ioan. Card. Moronus. subscripsi.
✠ Ego Ioan. Vinc. Card. Aquauiuus. subscripsi.
✠ Ego R. Card. S. IIII. subscripsi.
✠ Ego G. Cardinalis Cortesius. subscripsi.
✠ Ego M. Cardinalis Crescentius. subscripsi.
✠ Ego Frater Tho. Card. S. Syluestri. subscripsi.
✠ Ego Franciscus Cardinalis Caurieñ. subscripsi.
✠ Ego F. Cardinalis Amalfitañ. subscripsi.
✠ Ego Fed. Cardinalis Cæsius. subscripsi.
✠
✠ Ego N. Cardinalis Ardinghellus. subscripsi.
✠
✠

ℭ Diaconi Cardinales.

Ego H. Cardinalis Rodulphus. *subscripsi.*

Ego F. Cardinalis Pisanus. *subscripsi.*

Ego N. Cardinalis Gaddus. *subscripsi.*

Ego A. Card. de Farnesio Vicecancellar. *subscripsi.*

Ego G. AS. Sfor. Cardinalis Camerar. *subscripsi.*

Ego N. Cardinalis Caietanus. *subscripsi.*

Ego A. Cardinalis Cornelius. *subscripsi.*

✠
✠
✠
✠

¶ *Expliciunt Bullæ Collegij* D. *Militũ Lauretanorũ, Scholijs Rol. Ostrensi Ambiani ampliatæ, & per eundem castigatæ: summaq; cum diligentia excussæ,*
Romæ apud Antonium Bladum Asulanum.
Caleñ. Octobr. M. D. XLVII.

Cum Priuilegio ad Biennium.

¶ Nónulla nomina, & cognomina Militũ Lauretanorũ, & alia, fol. xi. & xii. primæ Bullæ sic corrigenda.

¶ Staffulo, corrige Staffilo. Vbi Santo: Sácto. Cinccictus: Ciuccitus. Par: Paz. Bonfacius: Bonifacius. Filoptratio: Filatrano. Perozzio; Peroz. Berardinus Verardinus. Guenerius Sciana. Guerrerius Sciarra.

